

LA

# STORIA ROMANA

DI



# TITO LIVIO

COI SUPPLEMENTI

DEL

## FREINSEMIO

TRADOTTA

DAL CAVALIERE

LUIGI MABIL

COL TESTO A FRONTE

*VOLUME TRENTESIMO SECONDO*

---

BRESCIA
PER NICOLÒ BETTONI
MDCCCXVI

STORIA ROMANA

DI

# TITO LIVIO

LIBRO TRENTESIMO OTTAVO

# TITI LIVII
## PATAVINI
# HISTORIARUM
## AB URBE CONDITA LIBRI.
## EPITOME
### LIBRI TRIGESIMI OCTAVI.

*M. Fulvius consul in Epiro Ambracienses obsessos in deditionem accepit, Cephalleniam subegit, Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius consul, collega ejus, Gallograecos Tolistobojos, et Tectosagos, et Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transierant, quum soli citra Taurum montem non parerent, vicit. Eorum origo, et quemadmodum ea loca, quae tenent, occupaverint, refertur. Exemplum quoque virtutis et pudicitiae in femina traditur. nam quum Ortiagontis, regis Gallograecorum, uxor captiva*

# STORIA
DI
# TITO LIVIO
## PADOVANO
### DALLA FONDAZIONE DI ROMA.

## EPITOME
### DEL LIBRO TRENTESIMO OTTAVO.

*Il console Marco Fulvio, assediata Ambracia nell'Epiro, l'ebbe a patti, soggiogò Cefalenia, e diè la pace agli Etoli domati. Il console Gneo Manlio, suo collega, vinse i Gallogreci Tolistoboj, Testosagi, e Trocmi, i quali passati erano in Asia sotto la condotta di Brenno, e soli di qua del monte Tauro ricusavano di obbedire. Si riferisce la loro origine, e come occupassero i luoghi, che abitano. Si offre eziandio un bell'esempio di coraggio, e di pudicizia in una donna. Perciocchè la moglie di Ortiagonte, re de' Gallogreci, essendo prigioniera, uccise il centurione messole a guardia, il*

*quale aveala violentata. I censori chiusero il lustro; si son noverati dugento cinquanta otto mille trecento vent' otto cittadini. Si strigne amicizia con Ariarate, re de' Cappadoci. Gneo Manlio, malgrado i dieci legati, col cui consiglio avea segnata la pace con Antioco, trattata la propria causa in senato, trionfò dei Gallogreci. Scipione Africano, accusato, come vogliono alcuni, dal tribuno della plebe Quinto Petillio, come altri, da Nevio, che avesse defraudato l' erario di parte della preda fatta sopra Antioco, comparso il dì stabilito, chiamato a' Rostri*, in questo giorno, *disse*, o Quiriti, ho vinto Cartagine, *e seguitato da tutto il popolo, salì al Campidoglio. Indi per non essere più oltre vessato dalla tribunizia violenza, andò in volontario esiglio a Literno; non si sa, se morisse quivi, o a Roma; chè si vedeva il di lui monumento nell' uno e nell' altro luogo. Mentre Lucio Scipione Asiatico, fratello dell' Africano, accusato e condannato per la medesima colpa di peculato, venia tratto in prigione, si oppose Tito Sempronio Gracco, tribuno della plebe, che innanzi era stato nemico degli Scipioni; per questo benefizio ottenne in moglie*

*esset, centurionem custodem, qui ei vim intulerat, occidit. Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta quinquaginta octo millia et trecenta viginti octo. Cum Ariarathe, rege Cappadociae, amicitia juncta est. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorum consilio foedus cum Antiocho conscripserat, de Gallograecis, acta pro se caussa in senatu, triumphavit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam ajunt, a Q. Petillio tribuno plebis, ut quidam, a Naevio, quod praeda ex Antiocho capta aerarium fraudasset, postquam is dies venit, evocatus in Rostra,* Hac die, *inquit,* Quirites, Karthaginem vici: *et, prosequente populo, Capitolium adscendit. Inde, ne amplius tribuniciis injuriis vexaretur, in voluntarium exsilium Liternum concessit: incertum ibi, an Romae, defunctus. nam ejus monumentum utrobique fuit. L. Scipio Asiaticus, frater Africani, eodem peculatus crimine accusatus damnatusque, quum in vincula et carcerem duceretur, Ti. Sempronius Gracchus, tribunus plebis, qui antea Sci-*

*pionibus inimicus fuerat, intercessit, et ob id beneficium Africani filiam duxit. Quum quaestores in bona ejus publice possidenda missi essent, non modo in iis ullum vestigium pecuniae regiae adparuit, sed nequaquam tantum redactum, quantae summae erat damnatus. Conlatam a cognatis et amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit: quae necessaria ei erant ad cultum, redemta.*

*la figlia dell' Africano. Essendo stati spediti i questori a invadere i di lui beni a nome pubblico, non solo non vi si trovò vestigio di denaro regio, ma non si potè tanto accozzarne, che bastasse alla somma, in che era stato condannato. Non volle ricevere nè dai parenti, nè dagli amici le fattegli innumerevoli offerte di denaro; non fu redento, che quanto gli era necessario per vivere decentemente.*

# TITI LIVII

## LIBER TRIGESIMUS OCTAVUS.

Anno U. C. I. Dum in Asia bellum geritur, ne in
563 A. C. Aetolis quidem quietae res fuerant, princi-
189. pio a gente Athamanum orto. Athamania ea tempestate, pulso Amynandro, sub praefectis Philippi regio tenebatur praesidio: qui superbo atque inmodico imperio desiderium Amynandri fecerant. Exsulanti tum Amynandro in Aetolia literis suorum, indicantium statum Athamaniae, spes recuperandi regni facta est. remissique nuncii ab eo ad principes Argitheam, (id enim caput Athamaniae erat) si popularium animos satis perspectos haberet, impetrato ab Aetolis auxilio, in Athamaniam se venturum cum delectis Aetolorum, quod consilium esset gentis, et Nicandro praetore. quos, ubi ad omnia paratos esse vidit, certiores subinde facit, quo die cum exercitu Athamaniam ingressurus esset. Quatuor primo fue-

# TITO LIVIO

## LIBRO TRENTESIMO OTTAVO.

I. Mentre si guerreggia in Asia, non eran quiete le cose nè anche in Etolia, nato il principio del movimento dalla nazione degli Atamani. L' Atamania a quel tempo, scacciato Aminandro, avea regio presidio sotto i prefetti di Filippo; i quali per la loro superba e sfrenata dominazione avean fatto nascere la brama di ricevere nuovamente Aminandro. Standosi questi in bando nell' Etolia, le lettere de' suoi, che gli accennavano lo stato dell' Atamania, gli destarono in cuore la speranza di ricuperare il regno. E mandò messi a' principali di Argitea (era questa la città capitale dell' Atamania) avvisandoli, che qualora conoscesse abbastanza gli animi de' cittadini, chiesto ajuto agli Etoli, verrebbe in Atamania cogli eletti loro, che così chiamano il consiglio della nazione, e col pretore Nicandro. E vedutili pronti a fare ogni cosa, fè poscia loro sapere il giorno in cui sarebbe entrato coll'esercito nell'Atamania. Quattro furono

Anni D. R. 563 A. C. 189.

dapprima i congiurati contro il presidio de' Macedoni; questi si presero ciascuno sei coadjutori nell' impresa; indi non confidando gran fatto nella pochezza, più atta a celar la cosa, che ad eseguirla, si aggiunsero un numero eguale al primo. Così diventati cinquantadue si divisero in quattro parti; una si reca ad Eraclea, un' altra a Tetrafilia, dove si soleva custodire il regio tesoro, la terza a Teudoria, la quarta ad Argitea. Convennero tra loro, che dapprima si stessero quieti aggirandosi per la piazza, quasi fossero venuti per private faccende; che poi in un dato dì convocassero tutta la moltitudine a scacciare i presidj de' Macedoni dalle rocche. Venuto quel tal giorno, anche Aminandro era già sul confine con mille Etoli; e secondo il convenuto da quattro luoghi ad un tempo si scacciarono i presidj de' Macedoni; e si spedirono da ogni parte lettere alle altre città, perchè si ritogliessero dalla violenta dominazione di Filippo, e ritornassero al regno patrio e legittimo. I Macedoni son da per tutto scacciati. Il castello di Tejo, perchè Zenone, comandante del presidio intercettò le lettere, e quei del re occuparono la rocca, resistettero alcuni pochi di agli assedianti; indi anche questo fu conse-

re conjurati adversus Macedonum praesidium. hi senos sibi adjutores ad rem gerendam adsumserunt: deinde, paucitate parum freti, quae celandae rei, quam agendae, aptior erat, parem priori numerum adjecerunt. Ita duo et quinquaginta facti, quadrifariam se diviserunt: pars una Heracleam, altera Tetraphyliam petit, ubi custodia regiae pecuniae esse solita erat, tertia Theudoriam, quarta Argitheam. Ita inter omnes convenit, ut primo quieti, velut ad privatam rem agendam venissent, in foro obversarentur: die certa multitudinem omnem convocarent ad praesidia Macedonum arcibus expellenda. Ubi ea dies advenit, et Amynander cum mille Aetolis in finibus erat; ex composito quatuor simul locis praesidia Macedonum expulsa, literaeque in alias urbes passim dimissae, ut vindicarent sese ab inpotenti dominatione Philippi, et restituerent in patrium ac legitimum regnum. Undique Macedones expelluntur. Theium oppidum, literis a Zenone praefecto praesidii interceptis, et arce ab regiis occupata, paucos dies obsidentibus restitit: deinde id quoque

traditum Amynandro est, et omnis Athamania in potestate erat, praeter Athenaeum castellum, finibus Macedoniae subjectum.

II. Philippus, audita defectione Athamaniae, cum sex millibus armatorum profectus, ingenti celeritate Gomphos pervenit. ibi relicta majore parte exercitus, (neque enim ad tanta itinera subfecissent) cum duobus millibus Athenaeum, quod unum a praesidio suo retentum fuerat, pervenit. inde, proximis tentatis, quum facile animadvertisset, cetera hostilia esse, Gomphos regressus, omnibus copiis simul in Athamaniam rediit. Zenonem inde, cum mille peditibus praemissum, Ethopiam occupare jubet, opportune Argitheae inminentem: quem ubi teneri a suis locum vidit, ipse circa templum Jovis Acraei posuit castra. ibi unum diem foeda tempestate retentus, postero die ducere ad Argitheam intendit. Euntibus extemplo adparuere Athamanes, in tumulos inminentes viae discurrentes. ad quorum conspectum constitere prima signa, totoque agmine pavor et trepidatio erat: et pro se quisque, quidnam futurum

gnato ad Aminandro, e tutta l'Atamania cadde in poter suo, eccetto il castello Ateneo, posto ai confini della Macedonia.

II. Filippo, udita la ribellione dell'Atamania, partitosi con sei mila armati, giunge con grande celerità a Gomfi. Lasciata quivi la maggior parte dell'esercito (che non avrebbe potuto reggere a così lungo cammino) arrivò con due mila soldati ad Ateneo, il solo castello ritenuto dal suo presidio. Di là, tentati gli animi de' vicini, avendo scorto facilmente, che tutto il restante segnava disposizioni ostili, rimessosi a Gomfi, tornò con tutte insieme le sue genti nell'Atamania. Indi, mandato innanzi Zenone con mille fanti, gli ordina di occupare Etopia, luogo opportunamente sovrastante ad Argitea; e come vide, che i suoi di già il tenevano, egli si accampò presso al tempio di Giove Acreo. Ritenuto quivi un giorno intero dal pessimo tempo, il dì seguente si move alla volta di Argitea. Nel cammino comparvero loro subito gli Atamani, che discorrevano sopra le alture sovrastanti alla via. Alla vista de' quali si fermarono le prime insegne, e fu colta tutta la schiera da trepidazione e paura; e ognuno si diè a pensare, che sarebbe av-

venuto, se l'esercito si fosse calato nelle vallate sottoposte a quelle rupi. Codesto scompigliamento obbligò il re, che pur bramava, se lo avessero seguitato, di varcare in fretta quelle strettezze, a richiamare i primi, e a ritornare per la stessa via, ch'era venuto. Gli Atamani da principio lo seguivano quieti a qualche distanza; poi che gli Etoli si unirono seco loro, lasciaron questi, perchè incalzassero il nemico alle spalle; essi si sparsero intorno a' fianchi. Alcuni, andati innanzi per noti sentieri alla più breve, occuparono i passi; e tal disordine si mise tra' Macedoni, che piuttosto a foggia di fuga dirotta, che di cammino ordinato, lasciate per via molte armi, e molti uomini, ripassarono il fiume, nè più oltre furono inseguiti. Di là i Macedoni se ne tornarono sicuri a Gomfi, e da Gomfi in Macedonia. Gli Atamani e gli Etoli corsero da tutte le parti ad Etopia per opprimervi Zenone, e i suoi mille Macedoni. Questi, poco fidandosi nel luogo, si ritirarono da Etopia in una eminenza più rilevata, e da ogni parte scoscesa; se non che, trovatovi l'accesso in più luoghi, gli Atamani ne gli scacciarono; e i Macedoni dispersi, non trovando via a fuggire per balze dirupate, e mal note, parte

esset, cogitare, si in valles subjectas rupibus agmen foret demissum. Haec tumultuatio regem, cupientem, si se sequerentur, raptim evadere angustias, revocare primos, et eadem, qua venerat, via referre coëgit signa. Athamanes primo ex intervallo quieti sequebantur: postquam Aetoli se conjunxerunt, hos, ut ab tergo agmini instarent, reliquerunt; ipsi a lateribus se circumfuderunt. quidam, per notos calles breviore via praegressi, transitus insedere: tantumque tumultus Macedonibus est injectum, ut fugae magis effusae, quam itineris ordinati modo, multis armis virisque relictis, flumen trajecerint. hic finis sequendi fuit. Inde tuto Macedones Gomphos, et a Gomphis in Macedoniam redierunt. Athamanes Aetolique Ethopiam, ad Zenonem ac mille Macedonas obprimendos, undique concurrerunt. Macedones, parum loco freti, ab Ethopia in altiorem deruptioremque undique tumulum concessere. quo pluribus locis aditu invento, expulere eos Athamanes: dispersosque, et per invias atque ignotas rupes iter fugae non expedientes, partim ceperunt, par-

tim interfecerunt: multi pavore in derupta praecipitati, perpauci cum Zenone ad regem evaserunt. postero die per inducias sepeliendi caesos potestas facta est.

III. Amynander, recuperato regno, legatos et Romam ad senatum, et ad Scipiones in Asiam, Ephesi post magnum cum Antiocho proelium morantes, misit. Pacem petebat, excusabatque sese, quod per Aetolos recuperasset paternum regnum. Philippum incusabat. Aetoli ex Athamania in Amphilochos profecti sunt, et majoris partis voluntate in jus ditionemque totam redegerunt gentem. Amphilochia recepta, (nam fuerat quondam Aetolorum) eadem spe in Aperantiam transcenderunt. ea quoque magna ex parte sine certamine in deditionem venit. Dolopes numquam Aetolorum fuerant: Philippi erant. hi primum ad arma concurrerunt: ceterum, postquam Amphilochos cum Aetolis esse, fugamque ex Athamania Philippi, et caedem praesidii ejus accepere, et ipsi a Philippo ad Aetolos deficiunt. Quibus circumjectis gentibus jam undique se a Macedonibus tutos cre-

furono presi, parte uccisi; molti per la paura precipitando giù pe' dirupi, pochissimi con Zenone tornarono al re. Il dì seguente si potè, fatta una tregua, seppellire i morti.

III. Aminandro, ricuperato il regno, spedì legati a Roma al senato, non che agli Scipioni in Asia, che si stavano in Efeso dopo la gran battaglia avuta con Antioco. Chiedeva egli la pace, e si scusava di aver adoperato gli Etoli per ricuperare il regno paterno; accusava Filippo. Gli Etoli dall' Atamania passarono agli Amfilochi, e di volontà della maggior parte della nazione, la ridussero tutta sotto la loro obbedienza. Ricuperata Amfilochia (ch' ella era stata un tempo degli Etoli) colla stessa speranza si mossero verso Aperanzia. Anche questa, in gran parte senza contrasto, venne in poter loro. I Dolopi non erano mai stati degli Etoli; appartenevano a Filippo. Questi dapprima corsero all' armi; se non che, come seppero, che gli Amfilochi tenevano cogli Etoli, e che Filippo fuggito era dall' Atamania, e che n' era tagliato a pezzi il presidio, anch' essi da Filippo volgonsi alla parte degli Etoli. E già, mentre si credono, per codeste nazioni poste all' intorno, sicuri del tutto dai

Macedoni, vien recata agli Etoli la notizia, che Antioco era stato in Asia vinto dai Romani. E non molto di poi tornarono i legati da Roma senza speranza di pace; ed annunziando, che il console Fulvio avea di già passato il mare coll' esercito. Atterriti da queste novelle, eccitate prima le legazioni di Rodi e di Atene, perchè coll' autorevole mediazione di quelle città avessero le lor preghiere, testè ripudiate, più facile accesso al senato, mandarono a Roma, a tentar l' ultima speranza, i capi della nazione, non essendosi preparati punto alla guerra, innanzi di aver quasi a vista il nemico. Già Marco Fulvio, tragittato l' esercito ad Apollonia, consultava co' capi degli Epiroti, donde avesse a cominciare la guerra. Piaceva agli Epiroti, che si assediasse Ambracia, la quale s' era unita allora cogli Etoli; *o venissero gli Etoli a difenderla, si aveva un' aperta pianura, dove combattere; o schivassero la battaglia, non sarebbe stato difficile l' espugnarla; perciocchè si avea vicino ed abbondante il materiale per inalzare argini, e fare altri lavori: e l' Aretonte, fiume navigabile, atto a trasportar l'occorrente, scorreva sotto le mura, e la state era opportuna all' impresa.* Con queste ra-

dentibus esse, Aetolis fama adfertur, Antiochum in Asia victum ab Romanis. nec ita multo post legati ab Roma rediere sine spe pacis, Fulviumque consulem nunciantes jam cum exercitu trajecisse. His territi, prius ab Rhodo et Athenis legationibus excitis, ut per auctoritatem civitatium earum suae preces nuper repudiatae faciliorem aditum ad senatum haberent, principes gentis ad tentandum ultimam spem Romam miserunt: nihil, ne bellum haberent, prius, quam pene in conspectu hostis erat, praemeditati. Jam M. Fulvius, Apolloniam exercitu trajecto, cum Epirotarum principibus consultabat, unde bellum inciperet. Epirotis Ambraciam placebat adgredi, quae tum contribuerat se Aetolis. *sive ad tuendam eam venirent Aetoli, apertos circa campos ad dimicandum esse: sive detrectarent certamen, obpugnationem fore haud difficilem. nam et copiam in propinquo materiae ad aggeres excitandos et cetera opera esse; et Arethontem, navigabilem amnem, opportunum ad comportanda, quae usui sint, praeter ipsa moenia fluere; et aestatem*

*aptam rei gerendae adesse.* his persuaserunt, ut per Epirum duceret.

IV. Consuli, ad Ambraciam advenienti, magni operis obpugnatio visa est. Ambracia tumulo aspero subjecta est, Perranthem incolae vocant. urbs, qua murus vergit in campos et flumen, occidentem; arx, quae inposita est tumulo, orientem spectat. amnis Aretho, ex Athamania fluens, cadit in sinum maris, ab nomine propinquae urbis Ambracium adpellatum. praeterquam quod hinc amnis munit, hinc tumuli; muro quoque firmo septa erat, patente in circuitu paullo amplius tria millia passuum. Fulvius bina a campo castra, modico inter se distantia intervallo, unum castellum loco edito contra arcem objecit. ea omnia vallo ac fossa ita jungere parat, ne exitus inclusis ab urbe, neve aditus foris ad auxilia intromittenda esset. Ad famam obpugnationis Ambraciae Stratum jam edicto Nicandri praetoris convenerant Aetoli. Inde primo copiis omnibus ad prohibendam obsidionem venire in animo fuerat. deinde, postquam urbem jam magna ex parte

gioni persuasero al console, che menasse l'esercito per l'Epiro ad Ambracia.

IV. Al console, nell'accostarsi ad Ambracia, parve l'espugnarla cosa di grande lavoro. È posta Ambracia appiè d'un poggetto alquanto aspro, che gli abitanti chiamano Perrante. La città, dove il muro è volto alla campagna, ed al fiume, guarda il Ponente; la rocca, posta sopra il poggetto, l'Oriente. Il fiume Aretonte, uscendo dall'Atamania, sbocca in un seno di mare, detto Ambracio dal nome della vicina città. Oltre che la difende quinci il fiume, quinci i monticelli, era eziandio cinta da forte muro, il cui circuito gira poco più di tre miglia; e Fulvio piantò due campi verso la pianura, distanti poco spazio l'uno dall'altro; ed un fortino in luogo rilevato dirimpetto alla rocca; ed intende ad unire insieme il tutto con fossa e steccato, acciocchè nè ci fosse uscita pe' rinchiusi nella città, nè accesso di fuori ad introdurre soccorsi. Alla fama dell' assedio di Ambracia gli Etoli, per editto del pretore Nicandro, s'erano di già radunati a Strato. Indi il loro primo pensiero era stato di venir con tutte le forze a far levare l'assedio; poscia, come videro la città in gran parte circondata dai lavori, e che gli Epi-

roti accampavano nella pianura di là del fiume, pensarono di dividere le loro forze. Eupolemo, fattosi alla volta di Ambracia con mille armati alla leggera, per le munizioni non ancora tra se legate, entrò in città. Nicandro avea dapprima disegnato di assaltare di notte, col rimanente delle genti, gli accampamenti degli Epiroti, non facili ad essere soccorsi dai Romani, perchè c'era il fiume di mezzo. Poscia, stimandolo ardimento pericoloso, se per avventura i Romani se ne accorgessero, e non si potesse ritrarsi indietro al sicuro, abbandonato cotal pensiero, si volse a saccheggiare l'Acarnania.

V. Il console, già condotte a termine le opere, con che dovea serrare la città, già finiti i lavori, con che voleva accostarsi alle mura, diè l'assalto da cinque luoghi ad un tempo; tre ne fece, a pari intervallo, dov'era più facile l'accesso dalla parte della pianura, contro il così detto Pirreo; uno in faccia al tempio di Esculapio, uno contro la rocca. Cogli arieti ne sconquassava le mura, con travi armate di falci ne scopava le merlature. Dapprima a tale aspetto, e a'colpi, che con terribile fracasso battevano i muri, paura e trepidazione invase i terrazzani; di poi, come videro oltre la speranza

operibus septam viderunt, Epirotarum trans flumen loco plano castra posita esse, dividere copias placuit. cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus, per nondum commissa inter se munimenta urbem intravit. Nicandro cum cetera manu primo Epirotarum castra nocte adgredi consilium fuerat, haud facili ab Romanis auxilio, quia flumen intererat. deinde, periculosum inceptum ratus, ne qua sentirent Romani, et regressus inde in tutum non esset, deterritus ab hoc consilio, ad depopulandam Acarnaniam iter convertit.

V. Consul, jam munimentis, quibus sepienda urbs erat, jam operibus, quae admovere muris parabat, perfectis, quinque simul locis moenia est adgressus. tria paribus intervallis faciliore aditu a campo adversus Pyrrheum, quod vocant, admovit; unum e regione Aesculapii; unum adversus arcem. Arietibus muros quatiebat, asseribus falcatis detergebat pinnas. Oppidanos primo et ad speciem et ad ictus moenium, cum terribili sonitu editos, pavor ac trepidatio cepit. deinde, ut praeter spem stare muros viderunt,

conlectis rursus animis, in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum stipitesve robustos incutiebant; falces, ancoris ferreis injectis in interiorem partem muri trahentes asserem, praefringebant: ad hoc eruptionibus, et nocturnis in custodias operum, et diurnis in stationes, ultro terrorem inferebant. In hoc statu res ad Ambraciam quum essent, jam Aetoli a populatione Acarnaniae Stratum redierant. inde Nicander praetor, spem nactus solvendae incepto forti obsidionis, Nicodamum quemdam cum Aetolis quingentis Ambraciam intromittit. noctem certam tempusque etiam noctis constituit, quo et illi ab urbe opera hostium, quae adversus Pyrrheum erant, adgrederentur, et ipse ad castra Romana terrorem faceret; posse ratus, ancipiti tumultu et nocte augente pavorem, memorabilem rem geri. Et Nicodamus intempesta nocte, quum alias custodias fefellisset, per alias inpetu constanti erupisset, superato brachio in urbem penetrat; animique aliquantum ad omnia audenda et spei obsessis adjecit; et, simul constituta nox venit,

reggere i muri, ripreso animo nuovamente, lanciavano con altalene contro gli arieti grandi masse di piombo, e di sassi, e stipiti robusti; rompevano le falci; gettando ancore di ferro, con cui tiravano le travi nell'interiore parte del muro; oltre ciò con sortite e di notte contro i custodi de' lavori, e di giorno contro le poste, mettevano essi stessi spavento. Essendo questo lo stato delle cose presso Ambracia, erano di già tornati gli Etoli dal saccheggiamento dell'Acarnania a Strato. Indi il pretore Nicandro, venuto a speranza di far levare l'assedio con ardito colpo di mano, introduce in Ambracia certo Nicodamo con cinquecento Etoli; stabilì la notte, e l'ora eziandio della notte, in cui e quelli dalla città assaltassero le opere de' nemici erette contro il Pirreo, ed egli portasse il terrore nel campo Romano, sperando di poter fare impresa memorabile, destando in un luogo e nell'altro grande scompigliamento, e la notte accrescendo la paura. E Nicodamo, in una notte tenebrosa, avendo ingannate altre dalle guardie, altre sforzate con impeto risoluto, superata la linea, penetra nella città, e aggiunse agli assediati alquanto di coraggio a tutto osare, e di speranza; e come fu venuta la notte stabilita, giusta

il convenuto, all' improvviso assaltò i lavori. Questo colpo fu più osservabile per l' arditezza, che pel frutto; perchè non si usò nessuna forza dalla parte esterna; o che il pretore degli Etoli ne fosse stornato da paura, o che gli paresse cosa più pressante recar soccorso ad Amfilochia di fresco ricuperata, e cui Perseo, figlio di Filippo, spedito a riavere Dolopia, ed Amfilochia, terribilmente combatteva.

VI. I lavori fatti dai Romani, erano, come s' è detto, in tre luoghi dirimpetto al Pirreo; ad assaltare i quali tutti ad un tempo si mossero gli Etoli, ma nè con apparecchio, nè con forza eguale. Altri vennero con fiaccole ardenti, altri portando seco stoppa e pece, e magliuoli accesi, tutta rilucendo la schiera di fiamme. Al primo impeto uccisero parecchi custodi; indi, poi che le grida ed il tumulto giunsero sin dentro il campo, ed ebbe il console dato il segno, i Romani prendono l' armi, e sboccan fuori da tutte le porte a recar soccorso. In uno solo de' luoghi si pugnò col ferro, e col fuoco; dagli altri due gli Etoli, andato il colpo a voto, avendo piuttosto fatto prova di combattere, che combattuto, si ritirarono. La battaglia s' era inasprita in un luogo solo; quivi i due comandanti Eupolemo, e Nicodamo

ex composito repente opera est adgressus. Id inceptum conatu, quam effectu, gravius fuit, quia nulla ab exteriore parte vis admota est; seu metu deterrito praetore Aetolorum, seu quia potius visum est, Amphilochis opem ferre nuper receptis; quos Perseus Philippi filius, missus ad Dolopiam Amphilochosque recipiendos, summa vi obpugnabat.

VI. Tribus locis, sicut ante dictum est, ad Pyrrheum opera Romana erant: quae omnia simul, sed nec adparatu, nec vi simili, Aetoli adgressi sunt. alii cum ardentibus facibus, alii stuppam picemque et malleolos ferentes, tota conlucente flammis acie, advenere. multos primo inpetu custodes obpresserunt. deinde, postquam clamor tumultusque in castra est perlatus, datumque a consule signum, arma capiunt, et omnibus portis ad opem ferendam effunduntur. Uno in loco ferro ignique gesta res est. a duobus irrito incepto, quum tentassent magis, quam inissent, certamen, Aetoli abscesserunt. Atrox pugna in unum inclinaverat locum. ibi diversis partibus duo duces Eupolemus

et Nicodamus pugnantes hortabantur, et prope certa fovebant spe, jam Nicandrum ex composito adfore, et terga hostium invasurum. Haec res aliquamdiu animos pugnantium sustinuit. ceterum, postquam nullum ex composito signum a suis accipiebant, et crescere numerum hostium cernebant, destituti segnius instare: postremo, re omissa, jam vix tuto receptu, fugientes in urbem compelluntur, parte operum incensa, et pluribus aliquanto, quam ipsi ceciderant, interfectis. quod si ex composito acta res fuisset, haud dubium erat, expugnari una utique parte opera cum magna caede hostium potuisse. Ambracienses, quique intus erant Aetoli, non ab ejus solum noctis incepto recessere, sed in reliquum quoque tempus, velut proditi a suis, segniores ad pericula erant. jam nemo eruptionibus, ut ante, in stationes hostium, sed, dispositi per muros et turres, ex tuto pugnabant.

VII. Perseus, ubi adesse Aetolos audivit, omissa obsidione urbis, quam obpugnabat,

esortavano da due diverse parti i combattenti, e gl' incoraggiavano quasi colla certa speranza, che già Nicandro, secondo il convenuto, stava per giungere, ed assaltare i nemici alle spalle. Questa fiducia sostenne alquanto tempo gli animi de' combattenti; se non che, poichè non ricevevan da' suoi nessuno segno, giusta il convenuto, e vedevan crescere il numero de' nemici, cominciarono, abbandonati, a rallentare gli sforzi; in fine, lasciata l'impresa, avendo appena sicura la ritirata, sono respinti fuggendo nella città, abbruciata bensì una parte de' lavori, e rimasti morti alquanti più de' nemici, che de' loro. Che se la cosa fosse stata eseguita, com' era il convenuto, non era dubbio, che si avrebbe potuto distruggere da una parte i lavori con grande strage dei nemici. Quelli di Ambracia, e gli Etoli, ch' eran dentro, non solamente abbandonarono l' impresa di quella notte, ma eziandio nel tempo rimanente, quasi traditi fossero da' suoi, furon più lenti ad incontrare i pericoli. E già non più alcuno, come innanzi, col sortire contro le poste de' nemici, ma invece disposti sulle mura e su le torri, combattevano al sicuro.

VII. Perseo, come udì arrivati gli Etoli, lasciato l' assedio della città, che

combatteva, saccheggiato solamente il contado, uscì d' Amfilochia, e tornò in Macedonia. Ed anche gli Etoli furon di colà richiamati dal guasto, che si dava alla costa marittima. Pleurato, re degl' Illirj, entrato nel golfo di Corinto con sessanta brigantini, aggiuntesi le navi degli Achei, ch' erano a Patri, devastava le spiagge marittime dell' Etolia. Contro i quali essendosi spediti mille Etoli, dovunque la flotta girava lungo le sinuosità della costa, essi per più brevi sentieri se le facevano incontro. Anche i Romani intorno ad Ambracia, crollando in più luoghi le mura cogli arieti, aveano aperta qualche po' di breccia; pure non potevano penetrare nella città. Perciocchè con eguale celerità un nuovo muro si opponeva in luogo dell' abbattuto; e gli armati, standosi sulle ruine, faceano le veci di riparo. Quindi poco riuscendo al console la forza aperta, si diè a scavare una mina occulta, avendo prima coperto il luogo co' mantelletti; e per alquanto tempo, lavorando dì e notte, non solamente cavando sotto, ma eziandio portandone fuori la terra, ingannarono il nemico. Un cumulo di terra alquanto rilevato indicò ad un tratto a' terrazzani il lavoro; e temendo che, rovesciati i muri, non

depopulatus tantum agros, Amphilochiam excessit, atque in Macedoniam rediit. Et Aetolos inde avocavit populatio maritimae orae. Pleuratus Illyriorum rex, cum sexaginta lembis Corinthium sinum invectus, adjunctis Achaeorum, quae Patris erant, navibus, maritima Aetoliae vastabat. adversus quos mille Aetoli missi, quacumque se classis circumegerat per litorum amfractus, brevioribus semitis obcurrebant. Et Romani ad Ambraciam, pluribus locis quatiendo arietibus muros, aliquantum urbis nudaverant. nec tamen penetrare in urbem poterant. Nam et pari celeritate novus pro diruto murus objiciebatur, et armati, ruinis superstantes, instar munimenti erant. Itaque, quum aperta vi parum procederet consuli res, cuniculum occultum, vineis ante contecto loco, agere instituit. et aliquamdiu, quum dies noctesque in opere essent, non solum sub terra fodientes, sed egerentes etiam humum, fefellere hostem. Cumulus repente terrae eminens index operis oppidanis fuit. pavidique, ne jam subrutis muris, facta in urbem via esset, fos-

sam intra murum e regione ejus operis, quod vineis contectum erat, ducere instituunt. cujus ubi ad tantam altitudinem, quantae esse solum infimum cuniculi poterat, pervenerunt, silentio facto, pluribus locis aure admota, sonitum fodientium captabant. Quem ubi acceperunt, aperiunt rectam in cuniculum viam. nec fuit magni operis. momento enim ad inane, suspenso furculis ab hostibus muro, pervenerunt. ibi commissis operibus, quum e fossa in cuniculum pateret iter, primo ipsis ferramentis, quibus in opere usi erant, dein celeriter armati etiam subeuntes occultam sub terram ediderunt pugnam. segnior deinde ea facta est, intersepientibus cuniculum, ubi vellent, nunc ciliciis praetentis, nunc foribus raptim objectis. Nova etiam haud magni operis adversus eos, qui in cuniculó erant, excogitata res est. dolium a fundo pertusum, qua fistula modica inseri posset, et fistulam ferream operculumque dolii ferreum, et ipsum pluribus locis perforatum, fecerunt. hoc tenui pluma completum dolium ore in cuniculum verso posuerunt. Per

si fosse aperta una via nella città, si mettono a tirare un fosso di dentro al muro in faccia al luogo del lavoro, ch'era coperto da' mantelletti. Come furon giunti a tanta profondità, quanta esser poteva il fondo della mina, fatto silenzio, accostato l'orecchio in più luoghi, sentivano lo strepito de' minatori. Udito, che l'ebbero, apersero una via diritta alla mina; nè fu opera di gran travaglio; che in un momento giunsero al voto, avendo i nemici sospesa la volta con puntelli; quivi, incontratisi i lavori, essendo dalla fossa aperta la via alla mina, dapprima co' ferramenti, che adoprati aveano nel lavoro, poi sottentrando prestamente anche gli armati, si fè battaglia occulta sotto terra; la quale indi rallentossi, otturando essi la mina, dove volevano, ora opponendo sacchi di terra, ora barricate costrutte in fretta. Fu trovato eziandio nuovo ingegno, nè di grande travaglio, contro quelli, ch'erano nella mina. Fecero una botte, forata nel fondo, dove si potesse inserire un picciolo cannello, e questo di ferro, ed il coperchio della botte pur di ferro, ed esso pure traforato in più luoghi. Posero questa botte piena di finissima piuma colla bocca verso la mina. Pe' fori del coperchio spor-

gevansi in fuori aste lunghissime, che chiamano sarisse, con che tener lontano il nemico. Messa una lieve scintilla di fuoco nella piuma, soffiando con mantice adattato alla bocca del cannello, l'accesero; donde una copia di fumo non solamente grande, ma eziandio insopportabile per certo puzzo derivante dall'abbruciarsi della piuma riempiuta avendo tutta la mina, appena c'era chi potesse dentro durare.

VIII. Essendo in codesto stato le cose presso Ambracia, vennero dagli Etoli, per decreto della nazione, ambasciatori al console con illimitata facoltà Fenea e Damotele. Perciocchè il loro pretore, vedendo da una parte assediarsi Ambracia, dall'altra i legni nemici infestare la costa, altrove l'Amfilochia, e la Dolopia esser manomesse dai Macedoni, nè bastare gli Etoli a far fronte ad un tempo a tre guerre diverse, radunato il consiglio, consultò i principali tra gli Etoli intorno a ciò, che fosse a farsi. Questo fu il parere di tutti, *che si dimandasse la pace a condizioni eque, potendo ottenerla; quando che no, a condizioni tollerabili; s'era pigliata la guerra sulla fiducia di Antioco; vinto Antioco per mare, e per terra, e scacciato quasi fuori del mondo di là dalle vette*

operculi foramina praelongae hastae, quas sarissas vocant, ad submovendos hostes eminebant. scintillam levem ignis inditam plumae, folle fabrili ad caput fistulae inposito, stando accenderunt. inde non solum magna vis fumi, sed acrior etiam foedo quodam nidore ex adusta pluma, quum totum cuniculum complesset, vix durare quisquam intus poterat.

VIII. Quum in hoc statu res ad Ambraciam esset, legati ab Aetolis Phaeneas et Damoteles, cum liberis mandatis, decreto gentis, ad consulem venerunt. nam praetor eorum, quum alia parte Ambraciam obpugnari cerneret, alia infestam oram navibus hostium esse, alia Amphilochos Dolopiamque a Macedonibus vastari, nec Aetolos simul ad tria diversa bella obcursantes subficere, convocato concilio, Aetolos principes, quid agendum esset, consuluit. Omnium eo sententiae decurrerunt, *ut pax, si posset, aequis; si minus, tolerandis conditionibus peteretur. Antiochi fiducia bellum susceptum. Antiocho terra marique superato, et prope extra orbem ter-*

*rae ultra juga Tauri exacto, quam spem esse sustinendi belli? Phaeneas et Damotcles, quod e re Aetolorum, ut in tali casu, fideque sua esse censerent, agerent. Quod enim sibi consilium, aut cujus rei electionem a fortuna relictam?* Cum his mandatis legati missi orare consulem, *ut parceret urbi, misereretur gentis quondam sociae, nolle dicere injuriis, miseriis certe coactae insanire. Non plus mali meritos Aetolos Antiochi bello, quam boni ante, quum adversus Philippum bellatum sit, fecisse. nec tum large gratiam relatam sibi, nec nunc inmodice poenam injungi debere.* Ad ea consul respondit: *Magis saepe, quam vere umquam, Aetolos pacem petere. imitarentur Antiochum in petenda pace, quem in bellum traxissent. Non paucis urbibus eum, de quarum libertate certatum sit, sed omni Asia cis Taurum montem, opimo regno, excessisse. Aetolos, nisi inermes, de pace agentes non auditurum se. arma illis prius equosque omnes tradendos esse, deinde mille talentûm argenti populo Romano dandum: cujus summae dimidium praesens nu-*

*del monte Tauro, quale speranza restava di poterla sostenere? Feneo, e Damotele facessero quel che stimassero in tal caso, e secondo la fede loro, più vantaggioso agli Etoli. Perciocchè quale consiglio, quale scelta ha lasciato agli Etoli la fortuna?* I legati, spediti con sì fatte commissioni, a pregare il console, *che volesse perdonare alla città, e aver misericordia di una nazione, già in addietro alleata, costretta, non volevan dire dalle avanie, ma certo dalle miserie ad impazzare. Non aveano più mal meritato gli Etoli nella guerra di Antioco, che non avessero innanzi più ben meritato, quando si combattè contro Filippo; nè allora furono troppo largamente ricompensati, nè ora si deve punirli smodatamente.* Al che rispose il console: *Gli Etoli chiedon la pace più spesso di quel che mai la chiedano di vero cuore; nel chiederla imitino Antioco, che pur essi stessi trassero alla guerra. Non cedette egli solamente le poche città, per la cui libertà si è conteso, ma tutta l'Asia di qua dal monte Tauro, parte ricchissima del suo regno. Non darebbe egli ascolto agli Etoli, trattanti della pace, se non se disarmati; dovevan prima consegnare tutte l'armi, tutti i cavalli, indi mille talenti d'argento al popolo Romano; la metà del-*

*la qual somma si avesse a contare in presente, se volessero aver la pace. A questo sarebbe pur anche aggiunto nel trattato, che aver debbano gli stessi amici e nemici, che il popolo Romano.*

IX. I legati, nulla rispondendo a codeste proposizioni, e perchè erano gravose, e perchè conoscevano gli animi indomiti, e mutabili de' suoi, tornaronsi a casa, onde consultar nuovamente a causa intatta il pretore, e i capi della nazione intorno a quello, che si avesse a fare. Accolti furono con fischiate e rimproveri: *quanto andassero differendo, poi che fu lor commesso di recar la pace, qualunque essa si fosse?* Tornando eglino ad Ambracia, tolti in mezzo lungo la via da un agguato teso dagli Acarnani, co' quali erano in guerra, son condotti a Tirio in prigione. Questo avvenimento ritardò di poco la pace. Trovandosi di già presso il console i legati degli Ateniesi, e dei Rodiani, ch' eran venuti ad intendere pe' gli Etoli, era pur anche sotto la data fede venuto al campo Romano Aminandro, re degli Atamani, più sollecito della sorte di Ambracia, dov' era stato il più del tempo del suo esiglio, che di quella degli Etoli. Informato il console da questi del caso dei legati, ordinò, che

*meraretur, si pacem habere vellent. Ad ea adjecturum etiam in foedus esse, ut eosdem, quos populus Romanus, amicos atque hostes habeant.*

IX. Adversus quae legati, et quia gravia erant, et quia suorum animos indomitos ac mutabiles noverant, nullo reddito responso, domum regressi sunt, ut etiam atque etiam, quid agendum esset, re integra, praetorem et principes consulerent. Clamore et jurgio excepti, *quam diu rem traherent, qualemcumque pacem referre jussi?* quum redirent Ambraciam, Acarnanum insidiis prope viam positis, quibuscum bellum erat, circumventi Thyrium custodiendi deducuntur. Haec mora injecta est paci. Quum jam Atheniensium Rhodiorumque legati, qui ad deprecandum pro his venerant, apud consulem essent; Amynander quoque, Athamanum rex, fide accepta, venerat in castra Romana; magis pro Ambracia urbe, ubi majorem partem temporis exsulaverat, quam pro Aetolis, sollicitus. Per hos certior factus consul de casu legatorum, adduci eos a Thyrio jussit. quo-

rum post adventum agi coeptum est de pace. Amynander, quod sui maxime operis erat, inpigre agebat, ut Ambracienses compelleret ad deditionem. id quum per conloquia principum, succedens murum, parum proficeret; postremo, consulis permissu ingressus urbem, partim consilio, partim precibus, evicit, ut permitterent se Romanis. Et Aetolos C. Valerius Laevini filius, qui cum ea gente primum amicitiam pepigerat, consulis frater, matre genitus eadem, egregie adjuvit. Ambracienses, prius pacti, ut Aetolorum auxiliares sine fraude emitterent, aperuerunt portas. dein (Aetoli), *ut quingenta Euboica darent talenta; ex quibus ducenta praesentia, trecenta per annos sex pensionibus aequis: captivos perfugasque redderent Romanis: urbem ne quam formulae sui juris facerent, quae post id tempus, quo T. Quinctius trajecisset in Graeciam, aut vi capta ab Romanis esset, aut voluntate in amicitiam venisset: Cephallenia insula ut extra jus foederis esset.* Haec quamquam spe ipsorum aliquanto leviora erant,

gli fossero mandati da Tirio; e come furon venuti, si cominciò a trattare della pace. Aminandro, come s'era egli massimamente proposto, si adoperava con ogni sforzo per indurre quelli di Ambracia ad arrendersi; nel che poco profittando abboccandosi co' loro capi sotto le mura, in fine entrato in città con licenza del console, parte col consiglio, parte co' preghi gl' indusse a mettersi alla discrezione de' Romani. Ajutò egregiamente gli Etoli il fratello del console Cajo Valerio, nato della stessa madre, figlio di Levino, il quale avea già tempo innanzi stretta amicizia cogli Etoli. Gli Ambraciesi, avendo prima pattuito, che gli ausiliarj degli Etoli fossero liberamente lasciati uscire senza offesa, apersero le porte. Indi, quanto agli Etoli fu proposto: *che dessero cinquecento talenti Euboici, dugento subito, trecento in sei anni a quote eguali; che restituissero i prigioni, e i fuggitivi ai Romani; che non soggettassero alla loro giurisdizione nessuna di quelle città, che dopo il passaggio in Grecia di Tito Quinzio o fosse stata presa di viva forza dai Romani, o si fosse data loro volontaria; e che l' isola di Cefalenia non fosse compresa nell' accordo.* Sebbene codesti patti fossero più leggeri, che non

aveano sperato, pure chiedendo gli Etoli di riferirli al lor consiglio, fu loro permesso. V'ebbe alcun po' di disputa rispetto alle città, le quali essendo state un tempo di loro giurisdizione, soffrivano con dolore, che quasi fossero divelte dal loro corpo; tutti però ad una voce deliberarono, che si accettasse la pace. Quelli di Ambracia regalarono al console una corona d'oro del peso di cento cinquanta libbre; le statue di bronzo e di marmo, le pitture, di che più ch'altra qualunque città del paese, andava adorna Ambracia, perchè era stata la residenza di Pirro, tutto fu levato e portato via; eccetto questo, null'altra cosa fu tocca o guasta.

X. Il console da Ambracia internatosi nell'Etolia, si accampò ad Argo degli Amfilochi, distante ventidue miglia da Ambracia. Colà finalmente vennero i legati degli Etoli, maravigliandosi il console del lor ritardo. Indi, poi che si seppe avere il consiglio degli Etoli approvata la pace, detto loro, che andassero a Roma al senato, e permesso, che andassero anche i Rodiani e gli Ateniesi a pregare per essi, dato loro in compagnia il fratello Cajo Valerio, egli passo a Cefalenia. I legati trovarono a Roma preoccupati gli orecchi e gli animi de' principali dalle

petentibus Aetolis, ut ad concilium referrent, permissum est. Parva disceptatio de urbibus tenuit. quae quum sui juris aliquando fuissent, avelli velut a corpore suo aegre patiebantur. ad unum tamen omnes accipi pacem jusserunt. Ambracienses coronam auream consuli centum et quinquaginta pondo dederunt: signa aenea marmoreaque et tabulae pictae, quibus ornatior Ambracia, (quia regia ibi Pyrrhi fuerat) quam ceterae regionis ejus urbes erant, sublata omnia avectaque. nihil praeterea tactum violatumve.

X. Profectus ab Ambracia consul in mediterranea Aetoliae, ad Argos Amphilochium (viginti duo millia ab Ambracia abest) castra posuit. eo tandem legati Aetoli, mirante consule, quod morarentur, venerunt. Inde, postquam adprobasse pacem concilium Aetolorum accepit, jussis proficisci Romam ad senatum, permissoque, ut et Rhodii, et Athenienses deprecatores irent, dato, qui simul cum iis proficisceretur, C. Valerio fratre, ipse in Cephalleniam trajecit. Praeoccupatas aures

animosque principum Romae criminibus Philippi invenerunt; qui, per legatos, per literas, Dolopas, Amphilochosque, et Athamaniam ereptas sibi querens, praesidiaque sua, postremo etiam filium Persea ex Amphilochis pulsum, averterat senatum ab audiendis precibus eorum. Rhodii tamen et Athenienses cum silentio auditi sunt. Atheniensis legatus Leon, Icesiae filius, eloquentia etiam dicitur movisse: qui vulgata similitudine, mari tranquillo, quod ventis concitaretur, aequiparando multitudinem Aetolorum, usus, *quum in fide Romanae societatis mansissent, insita gentis tranquillitate quiesse eos* ajebat: *postquam stare ab Asia Thoas et Dicaearchus, ab Europa Menestas et Damocritus coepissent; tum illam tempestatem coortam, quae ad Antiochum eos, sicuti in scopulum, intulisset.*

XI. Diu jactati Aetoli, tandem ut conditiones pacis convenirent, effecerunt. Fuerunt autem hae: *Imperium majestatemque populi Romani gens Aetolorum conservato sine dolo malo. Ne quem exercitum, qui*

accuse di Filippo; il quale, dolendosi per mezzo de' legati, e di lettere, che gli fosse tolta la Dolopia, l' Amfilochia e l' Atamania, e insieme i suoi presidj, e che ultimamente gli Amfilochi scacciato avessero suo figlio Perseo, avea stornato il senato dal dare ascolto ai loro preghi. Nondimeno i Rodiani, e gli Ateniesi furono ascoltati con silenzio. Dicesi, che Leone, legato degli Ateniesi, figlio d' Icesia, gli abbia anche mossi colla forza dell' eloquenza; il quale valendosi di una trita comparazione, assomigliando la moltitudine degli Etoli al mar tranquillo, cui mettono i venti in borrasca, diceva, *che gli Etoli sino a tanto che stettero fermi nell' alleanza Romana, erano stati quieti nella naturale loro tranquillità; poi che cominciarono a soffiare Toante e Dicearco dall' Asia, Menessa e Damocrito dall' Europa, allora essere insorta quella tempesta, che li balzò verso Antioco, quasi ad urtare in uno scoglio.*

XI. Gittati gli Etoli lunga pezza di qua, di là, finalmente fecero che si convenisse delle condizioni della pace. E furono queste: *rispetti la nazione degli Etoli di buona fede l' impero, e la maestà del popolo Romano. Non lasci passare*

*pe' lor confini nessun esercito, che fosse condotto contro gli amici ed alleati del popolo Romano, nè gli dieno ajuto in checchessia. Abbia i nemici stessi, che il popolo Romano, e porti l' arme contro di essi, e guerreggi insieme con lui. Renda ai Romani, ed alleati loro i disertori, i fuggitivi, i prigioni, eccetto quelli, che presi una volta, poi che tornarono a casa, furono presi nuovamente; o se alcuni furon presi tra quelli, ch' eran nemici de' Romani, quando gli Etoli eran nel campo Romano. Gli altri, che compariranno, sieno consegnati con buona fede ai magistrati de' Corcirei nello spazio di cento giorni; quelli, che non compariranno, si consegnino, tosto che ciascuno venisse ad essere trovato. Dia quaranta ostaggi ad arbitrio del console Romano, non minori di anni dodici, non maggiori di quaranta. Non sia ostaggio nè il pretore, nè il prefetto della cavalleria, nè il pubblico scrivano; nè altri, che fosse stato innanzi ostaggio presso i Romani. Cefalenia sia fuori dell' accordo.* Quanto alla somma del denaro, che dovessero pagare, ed alle rate de' pagamenti, non si muta nulla del già convenuto col console. Se invece di argento volessero dare oro, si consente,

*adversus socios amicosque eorum ducetur, per fines suos transire finito; neve ulla ope juvato. Hostes eosdem habeto, quos populus Romanus, armaque in eos ferto, bellumque pariter gerito. perfugas, fugitivos, captivosque reddito Romanis sociisque; praeterquam si qui capti, quum domos redissent, iterum capti sunt; aut si qui eo tempore ex iis capti sunt, qui tum hostes erant Romanis, quum intra praesidia Romana Aetoli essent. Aliorum qui comparebunt, intra dies centum Corcyraeorum magistratibus sine dolo malo tradantur: qui non comparebunt, quando quisque eorum primum inventus fuerit, reddantur. obsides quadraginta arbitratu consulis Romani dato, ne minores duodecim annorum, neu majores quadraginta. Obses ne esto praetor, praefectus equitum, scriba publicus: neu quis, qui ante obses fuerit apud Romanos. Cephallenia extra pacis leges esto.* De pecuniae summa, quam penderent, pensionibusque ejus, nihil ex eo, quod cum consule convenerat, mutatum. Pro argento si aurum dare mallent, darent, con-

venit; dum pro argenteis decem aureus unus valeret. *Quae urbes, qui agri, qui homines Aetolorum juris aliquando fuerunt, qui eorum T. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, postve eos consules, aut armis subacti, aut voluntate, in ditionem populi Romani venerunt, ne quem eorum Aetoli recepisse velint. Oeniadae cum urbe agrisque Acarnanum sunto.* His legibus foedus ictum cum Aetolis est.

XII. Eadem non aestate solum, sed etiam iisdem prope diebus, quibus haec a M. Fulvio consule in Aetolia gesta sunt, consul alter Cn. Manlius in Gallograecia bellum gessit, quod nunc ordiri pergam. Vere primo Ephesum consul venit, acceptisque copiis a L. Scipione, et exercitu lustrato, concionem apud milites habuit: qua, conlaudata virtute eorum, quod cum Antiocho uno proelio debellassent, adhortatus eos ad novum cum Gallis suscipiendum bellum, qui et auxiliis Antiochum juvissent, et adeo indomita haberent ingenia, ut nequidquam Antiochus emotus ultra juga Tauri montis esset, nisi frangerentur opes

che il dieno; purchè una moneta d'oro ne valesse dieci d'argento. *Le città, i contadi, gli uomini, che furono un tempo della giurisdizione degli Etoli, e quelli tra questi, che sotto i consoli Tito Quinzio, e Gneo Domizio, o dopo questi consoli vennero in poter de' Romani o per forza dell' armi, o per volontaria dedizione, non vogliano più mai gli Etoli riaverle. Gli Eniadi colla città e contado sieno degli Acarnani.* Con questi patti si fè la pace cogli Etoli.

XII. Non solamente nella state medesima, ma eziandio quasi ne' medesimi giorni, ne' quali furon fatte codeste cose nell' Etolia dal console Marco Fulvio, l' altro console Gneo Manlio fece la guerra nella Gallogrecia, che comincierò adesso a narrare. Sul principio della primavera il console venne ad Efeso, ed avuto l' esercito da Lucio Scipione, e fattane la rassegna, arringò i suoi soldati; quivi, lodato il loro valore, perchè con una sola battaglia debellato avessero Antioco, gli esortò a imprendere la nuova guerra co' Galli, che avean porto ajuto ad Antioco, ed erano d'indole cotanto indomita, che invano avrebbono cacciato Antioco di là dai gioghi del monte Tauro, se non si frangevano le forze dei

Galli; aggiunse pure pochi cenni di sè, nè falsi, nè esagerati. Ascoltaron lieti i soldati con ripetuti applausi il console, stimando che i Galli facessero parte delle forze di Antioco, e che, superato il re, non sarebbono state di nessun momento le sole forze de' Galli. Credeva il console, che Eumene si trovasse assente fuor di tempo (era egli allora a Roma) conoscitore, com' era, degli uomini e de' luoghi, e cui doveva importare, che infranta fosse la potenza de' Galli. Chiamo dunque da Pergamo Attalo di lui fratello, ed esortatolo a pigliar seco lui quella guerra; promessagli l' opera sua e de' suoi, lo rimandò a casa ad allestirsi. Da lì a pochi dì Attalo si recò ad incontrare a Magnesia il console partito da Efeso con mille fanti, e dugento cavalli, commesso avendo al fratello Ateneo, che il seguitasse col restante delle forze, raccomandando la custodia di Pergamo a coloro, che stimava fedeli al fratello, ed al regno. Il console, lodato il giovane, inoltratosi con tutte le genti sino al Meandro, quivi si accampò, perchè il fiume non era guadabile, ed era d' uopo raccor de' navigli, onde traghettare l' esercito. Passato il Meandro, giunsero a Sacro-Villaggio.

Gallorum, de se quoque pauca, nec falsa, nec inmodica, adjecit. Laeti milites cum frequenti adsensu consulem audiverunt, partem virium Antiochi fuisse Gallos credentes; rege superato, nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore. Eumenem haud in tempore abesse (Romae tunc erat) credere consul, gnarum locorum hominumque, et cujus interesset frangi Gallorum opes. Attalum igitur fratrem ejus arcessit a Pergamo, hortatusque ad capessendum secum bellum, pollicentem suam suorumque operam domum ad comparandum dimittit. Paucos post dies profecto ab Epheso consuli ad Magnesiam obcurrit Attalus cum mille peditibus, equitibus ducentis, Athenaeo fratre jusso cum ceteris copiis subsequi, commendata iis custodia Pergami, quos fratri regnoque fidos credebat. Consul, conlaudato juvene, cum omnibus copiis ad Maeandrum progressus, castra posuit, quia vado superari amnis non poterat, et contrahendae naves erant ad exercitum trajiciendum. Transgressi Maeandrum ad Hieran Comen pervenerunt.

XIII. Fanum ibi augustum Apollinis et oraculum: sortes versibus haud inconditis dare vates dicuntur. Hinc alteris castris ad Harpasum flumen ventum est: quo legati ab Alabandis venerunt, ut castellum, quod ab ipsis nuper descisset, aut auctoritate, aut armis, cogeret jura antiqua pati. Eodem èt Athenaeus, Eumenis et Attali frater, cum Cretensi Leuso et Corrago Macedone venit. mille pedites mixtarum gentium et trecentos equites secum adduxerunt. Consul, tribuno militum misso cum modica manu, castellum vi captum Alabandensibus reddit. ipse, nihil via digressus, ad Antiochiam super Maeandrum amnem posuit castra. Hujus amnis fontes Celaenis oriuntur. Celaenae urbs caput quondam Phrygiae fuit. migratum inde haud procul veteribus Celaenis, novaeque urbi Apameae nomen inditum ab Apamea, sorore Seleuci regis. Et Marsyas amnis, haud procul a Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum cadit. Famaque ita tenet, Celaenis Marsyam cùm Apolline tibiarum cantu certasse. Maeander, ex arce

XIII. C'era quivi un augusto tempio, ed un oracolo di Apollo; dicesi, che i sacerdoti ne pronunzino i vaticinj in versi non ispregevoli. Di là si venne la seconda giornata al fiume Arpaso, dove giunsero gli ambasciatori degli Alabandi pregando, che il console o con l'autorità, o con l'armi costrignesse un castello, che s'era di fresco loro ribellato, a tornare all'obbedienza di prima. Venne colà pure anche Ateneo, fratello di Eumene, e di Attalo con Leuso di Creta, e con Corraso di Macedonia; menarono seco mille fanti di diverse nazioni, e trecento cavalli. Il console, spedito un tribuno de' soldati con poca banda, preso di viva forza il castello, il rendette agli Alabandi; egli, senza distorsi di via, si accampò presso Antiochia sul fiume Meandro. Le sorgenti di questo fiume nascono a Celene. Celene fu un tempo città capitale della Frigia; indi gli abitanti si discostarono alquanto dalla vecchia Celene; ed alla nuova città fu imposto il nome di Apamea da Apamea, sorella del re Seleuco. E il fiume Marsia, che scaturisce non molto lontano dalle sorgenti del Meandro, cade in questo. Onde la fama tiene, che abbia Marsia gareggiato a Celene con Apollo nel suono della sampogna. Il Meandro, nato dalla

sommità di Celene, scorrendo per mezzo alla città, prima per la Caria, poi per l'Ionia, sbocca nel seno del mare, ch'è tra Priene, e Mileto. Seleuco, figlio di Antioco, venne al campo del console presso Antiochia a dare il frumento all'esercito, secondo l'accordo fatto con Scipione. Insorse picciola questione quanto agli ajuti di Attalo; perchè Seleuco diceva, che Antioco avea promesso di somministrare il grano ai soli soldati Romani; fu però terminata dalla fermezza del console, il quale commise al tribuno incaricato, che i soldati Romani non ne ricevessero, se prima non ne avessero avuto quei di Attalo. Di là s'inoltrarono sino a Gordiutico, come lo chiamano; donde giunsero il terzo dì a Taba. È città questa posta sul confine dei Pisidi in quella parte, che guarda il mare di Pamfilia; a forze ancora intere della nazione aveva uomini assai valenti in guerra. Anche allora i lor cavalli, fatta una sortita sopra l'esercito Romano, mossero nel primo impeto qualche scompigliamento; poscia, come videro, che non erano pari nè in valore, nè in numero, respinti nella città, si posero a chiedere perdono del trapasso, pronti a consegnare la città. Fu loro imposto di dare venticinque talenti d'argento, e die-

summa Celaenarum ortus, media urbe decurrens, per Caras primum, deinde Ionas, in sinum maris editur, qui inter Prienen et Miletum est. Ad Antiochiam in castra consulis Seleucus, Antiochi filius, ex foedere icto cum Scipione, ad frumentum exercitui dandum venit. Parva disceptatio de Attali auxiliaribus orta est; quod, Romano tantum militi, pactum Antiochum, ut daretur frumentum, Seleucus dicebat. Discussa ea quoque est constantia consulis, qui dimisso tribuno edixit, ne Romani milites acciperent, priusquam Attali auxilia accepissent. Inde ad Gordiutichos, quod vocant, processum est. ex eo loco ad Tabas tertiis castris perventum. in finibus Pisidarum posita est urbs, in ea parte, quae vergit ad Pamphylium mare. Integris viribus regionis ejus, feroces ad bellandum habebat viros. Tum quoque equites, in agmen Romanum eruptione facta, haud modice primo inpetu turbavere: deinde, ut adparuit, nec numero se, nec virtute pares esse, in urbem compulsi, veniam erroris petebant, dedere urbem parati. quinque et viginti talenta

argenti, et decem millia medimnûm tritici imperata. ita in deditionem accepti.

XIV. Tertio inde die ad Chaum amnem perventum: inde profecti Erizam urbem primo inpetu ceperunt. Ad Thabusion castellum, inminens flumini Indo, ventum est; cui fecerat nomen Indus, ab elephanto dejectus. Haud procul a Cibyra aberant: nec legatio ulla a Moagete, tyranno civitatis ejus, homine ad omnia infido atque inportuno, veniebat. Ad tentandum ejus animum C. Helvium, cum quatuor millibus peditum et quingentis equitibus, consul praemittit. Huic agmini, jam fines ingredienti, legati obcurrerunt, nunciantes, paratum esse tyrannum imperata facere. orabant, ut paçatus fines iniret, cohiberetque a populatione agri militem. et coronam auream quindecim talentûm adferebant. Helvius, integros a populatione agros servaturum pollicitus, ire ad consulem legatos jussit. quibus eadem referentibus, consul; *Neque Romani*, inquit, *bonae voluntatis ullum signum erga nos tyranni habemus: et ipsum talem esse inter omnes constat, ut de poena*

ci mila medimni di grano; a questo patto ne fu accettata la dedizione.

XIV. Poscia il terzo giorno giunsero al fiume Cao; partitisi di là presero di primo impeto la città di Eriza. Indi si venne a Tabusione, castello che sovrasta al fiume Indo, cui dato avea codesto nome un certo Indo, statovi gettato dentro da un elefante. Non erano lontani da Cibira, nè si vedea che venisse ambasciata alcuna da Moagete, tiranno di quella città; uomo di poca fede, e inospitale. A saggiarne le disposizioni il console mandò innanzi Cajo Elvio con quattro mila fanti, e cinquecento cavalli. All'entrar di questa squadra ne' confini, se le fecero incontro alcuni deputati annunziando, che il tiranno era presto ad eseguire i comandi; pregavano, che entrassero nel paese pacificamente, e ritenessero i soldati dal predare; portavano in dono una corona d'oro di quindici talenti. Elvio, promesso avendo, che preserverebbe il contado dal saccheggio, disse a' deputati, che andassero al console. I quali tenendo lo stesso discorso, il console, *non abbiamo*, rispose, *alcun segno della buona volontà del tiranno; e tutti ritengono, ch' egli sia tale, che dobbiamo piuttosto prendersi pensiero del*

*suo castigo, che della sua amicizia.* Sbigottiti i deputati da codeste parole non altro chiesero, se non che accettasse la corona, e permettesse, che il tiranno venisse a lui, e potesse parlare e scusarsi. Il dì seguente il tiranno, con la permissione del console, venne al campo, vestito e accompagnato appena a foggia di privato poco dovizioso; e il suo discorso fu sommesso, e spezzato, estenuando le sue facoltà, e dolendosi della miseria del suo dominio. Avea nondimeno sotto di se, oltre Cibira, Sileo, e quella che si chiama Alimne. Da queste, come se avesse a spogliare sè ed i suoi, prometteva quasi diffidando, che avrebbe raccolti venticinque talenti. *Veramente*, disse il console, *non è più oltre sopportabile codesto dileggio; è poco, che tu non abbia avuto assente il rossore di schernirci col mezzo de' tuoi deputati; anche presente persisti nella stessa impudenza. Venticinque talenti darebbon fondo all' usurpata tua dominazione. Se adunque non consegni entro tre giorni cinquecento talenti, aspettati il saccheggiamento del paese, e l' assedio della città.* Spaventato da questa intimazione continuò nondimeno a persistere nella simulata povertà;

*ejus magis, quam de amicitia, nobis cogitandum sit.* Perturbati hac voce legati nihil aliud petere, quam ut coronam acciperet; veniendique ad eum potestatem tyranno, et copiam loquendi ac purgandi se, faceret. Permissu consulis postero die in castra tyrannus venit; vestitus comitatusque vix ad privati modice locupletis habitum. et oratio fuit submissa et infracta, extenuantis opes suas, urbiumque suae ditionis egestatem querentis. Erant autem sub eo, praeter Cibyram, et Syleum, et Alimne quae adpellatur. ex his, ut se suosque spoliaret, quinque et viginti talenta se confecturum, prope ut diffidens, pollicebatur. *Enimvero,* inquit consul, *ferri jam ludificatio ista non potest. Parum est, non erubuisse absentem, quum per legatos frustrareris nos: praesens quoque in eadem inpudentia persistis. Quinque et viginti talenta tyrannidem tuam exhaurirent? Quingènta ergo talenta nisi triduo numeras, populationem in agris, obsidionem in urbe exspecta.* Hac denunciatione conterritus, perstare tamen in pertinaci simulatione inopiae. et paullatim

inliberali adjectione, nunc per cavillationem, nunc precibus et simulatis lacrymis, ad centum talenta est perductus. adjecta decem millia medimnûm frumenti. Haec omnia intra sex dies exacta.

XV. A Cibyra per agros Sindensium exercitus ductus, transgressusque Caularem amnem, posuit castra. Postero die est praeter Caralitin paludem agmen ductum. ad Mandropolim manserunt. inde progredientibus ad Lagon, proximam urbem, metu incolae fugerunt. Vacuum hominibus, et refertum rerum omnium copia, oppidum diripuerunt. inde ab Lysis fluminis fonte, postero die ad Cobulatum amnem progressi. Termessenses eo tempore Isiondensium arcem, urbe capta, obpugnabant: inclusi, quum alia spes auxilii nulla esset, legatos ad consulem, orantes opem, miserunt. *cum conjugibus ac liberis in arce inclusos se mortem in dies, aut ferro aut fame patiendam, exspectare.* Volenti consuli caussa in Pamphyliam divertendi oblata est. adveniens obsidione Isiondenses exemit. Termesso pacem dedit, quinquaginta talentis

e sgarbatamente, a poco a poco, ora con cavillazioni, ora con preghiere e finte lagrime fu tirato sino a cento talenti, aggiuntivi dieci mila medimni di grano. Tutto questo fu esatto tra sei giorni.

XV. Da Cibira l'esercito fu condotto a traverso il paese de' Sindesj, e valicato il fiume Caulare, si accampò. Il dì seguente fu tratto oltre la palude Caraliti; si fermarono a Mandropoli; indi inoltratisi verso Lagone, città vicina, gli abitanti se ne fuggiron via per paura. Fu dato il sacco alla terra vota di uomini, e piena di ogni sorte di robe. Poscia partitisi dalla sorgente del fiume Lisi, il dì seguente s' inoltrarono sino al fiume Cobulato. I Termesesi in quel tempo combattevano la rocca degli Isiodesi, avendone già presa la città; chiusi dentro le mura, non avendo altra speranza di ajuto, mandarono ambasciatori al console a chiedere soccorso; *chiusi nella rocca colle mogli e co' figliuoli non altro si aspettavano ogni dì, che di perire o di fame, o di ferro.* Fu questa una ragione al console, che il bramava, per volgersi alla Pamfilia; venendo liberò gl' Isiodesi dall' assedio. Diede la pace a Termesso, avutine cinquanta talenti d'ar-

gento; e così agli Aspendj; ed agli altri popoli della Pamfilia. Tornando nel primo giorno dalla Pamfilia al fiume Tauro, il dì seguente si accampò a Xiline, che chiamano Come. Di là continuando seguitamente il cammino, giunse alla città di Cormasa. Erale vicina la città di Darsa; abbandonata per paura dagli abitanti la trovarono piena abbondantemente di tutto. Oltrepassate le paludi, vennero ambasciatori da Lisinoe ad offerirgli la città. Indi si venne nel territorio Sagalasseno, grasso e fertile d'ogni sorta di biade. È abitato da' Pisidi, i migliori uomini di guerra di tutto il paese; e questo dà loro animo, e insieme la fecondità del suolo, la moltitudine della gente, e il sito della città tra altre poche fortissimo. Il console, poi che nessuna ambasceria s'era veduta a' confini, mandò a saccheggiare il paese. Allora finalmente, come si videro rapire, e portar via le robe, la pertinaccia loro fu vinta. Mandati ambasciatori, promesso avendo cinquanta talenti, e venti mila medimni di grano, venti mila di orzo, ottennero la pace. Di là inoltratosi sino alle sorgenti dell'Obrima, si accampò presso alla borgata, che chiamano Aporido. Venne colà Seleuco da Apamea il dì seguente. Indi

argenti acceptis: item Aspendiis ceterisque Pamphyliae populis. Ex Pamphylia rediens ad fluvium Taurum primo die, postero ad Xylinen (quam vocant) comen posuit castra. Profectus inde continentibus itineribus ad Cormasa urbem pervenit. Darsa proxima urbs erat. eam, metu incolarum desertam, plenam omnium rerum copia invenit. Progredienti praeter paludes legati ab Lysinoe, dedentes civitatem, venerunt. Inde in agrum Sagalassenum, uberem fertilemque omni genere frugum, ventum est. Colunt Pisidae, longe optimi bello regionis ejus. quum ea res animos facit, tum agri foecunditas, et multitudo hominum, et situs inter paucas munitae urbis. Consul, quia nulla legatio ad finem praesto fuerat, praedatum in agros misit. tum demum fracta pertinacia est, ut ferri agique res suas viderunt. Legatis missis, pacti quinquaginta talentis, et viginti millibus medimnûm tritici, viginti hordei, pacem impetraverunt. Progressus inde ad Obrimae fontes, ad vicum, quem Aporidos comen vocant, posuit castra. Eo Seleucus ab Apamea postero die venit.

Aegros inde et inutilia inpedimenta quum Apameam dimisisset, ducibus itinerum ab Seleuco acceptis, profectus eo die in Metropolitanum campum, postero die Dinias Phrygiae processit. Inde Synnada venit, metu omnibus circa oppidis desertis. quorum jam praeda grave agmen trahens, vix quinque millium die toto itinere perfecto, ad Beudos, quod vetus adpellant, pervenit. ad Anabura inde, et altero die ad Alandri fontes, tertio ad Abbassum posuit castra. ibi plures dies stativa habuit, quia perventum erat ad Tolistobojorum fines.

XVI. Galli, magna hominum vis, seu inopia agri, seu praedae spe, nullam gentem, per quam ituri essent, parem armis rati, Brenno duce in Dardanos pervenerunt. ibi seditio orta, et ad viginti millia hominum, cum Leonorio ac Lutario regulis, secessione facta a Brenno, in Thraciam iter averterunt. ubi cum resistentibus pugnando, pacem petentibus stipendium inponendo, Byzantium quum pervenissent, aliquamdiu oram Propontidis vectigalem habendo, re-

avendo mandati gli ammalati, e gl'impedimenti inutili ad Apamea, avute da Seleuco guide pel cammino, andato quel dì sino alla pianura Metropolitana, il dì di poi s'inoltrò sino a Dinia di Frigia; poscia venne a Sinada, trovate tutte le terre d'intorno abbandonate per la paura; della cui preda grave traendo l'esercito, fatto in tutto il giorno solo il cammino di cinque miglia, arrivarono, come il chiamano, al vecchio Beudo; passò indi ad Anabura, e l'altro dì alle sorgenti dell'Alandro; e il terzo si accampò ad Abasso. Quivi stettesi fermo più giorni, perchè giunto era ai confini de' Tolistoboj.

XVI. I Galli, stormo grande di gente, mossi o da scarsezza di terreni, o da speranza di preda, stimando, che non potrebbe pareggiarli in arme nessuna nazione, per la quale fossero passati, giunsero sotto la condotta di Brenno nel paese de' Dardani. Quivi insorse una sedizione; e da venti mila uomini staccati da Brenno sotto la condotta di Leonorio, e di Lutario, torsero il cammino verso la Tracia; dove combattendo con chiunque resisteva, mettendo imposte a quelli, che chiedevan pace, come furon giunti a Bisanzio, facendosi per alquanto tempo

tributaria la spiaggia della Propontide, occuparono le città di quella contrada. Indi lor prese voglia di passare in Asia, udendo dai vicini, quanto fosse ubertosa quella terra; e presa per frode Lisimachia, e ritenendo coll'armi tutto il Chersoneso, discesero all' Ellesponto. Quivi scorgendo l' Asia divisa soltanto da breve tratto di mare, molto più s' infiammarono a passar oltre; e mandarono intanto a trattare del passaggio con Antipatro, prefetto del paese. La qual cosa andando più in lungo di quello, che pensavano, insorse di nuovo tra que' capitani altra sedizione. Leonorio, retrocedendo là, dond' era venuto, colla maggior parte delle genti torna a Bisanzio; Lutario toglie a' Macedoni, mandati da Antipatro sotto aspetto di ambasceria a spiare, due navi coperte, e tre lembi; con questi legni, trasportando dì e notte gli uni dopo gli altri, tra pochi giorni traghettò tutte le sue genti. Nè molto di poi Leonorio, coll'ajuto di Nicomede, re di Bitinia, passò pur egli da Bisanzio in Asia. Indi i Galli nuovamente si raccozzano insieme, e danno ajuto a Nicomede, che avea guerra con Zibeta, il quale riteneva parte della Bitinia. E fu per opera loro massimamente

gionis ejus urbes obtinuerunt. Cupido inde eos in Asiam transeundi, audientes ex propinquo, quanta ubertas terrae ejus esset, cepit: et, Lysimachia fraude capta, Chersonesoque omni armis possessa, ad Hellespontum descenderunt. Ibi vero exiguo divisam freto cernentibus Asiam multo magis animi ad transeundum accensi; nunciosque ad Antipatrum, praefectum ejus orae, de transitu mittebant. quae res quum lentius spe ipsorum traheretur, alia rursus nova inter regulos orta seditio est. Leonorius retro, unde venerat, cum majore parte hominum repetit Byzantium: Lutarius Macedonibus, per speciem legationis ab Antipatro ad speculandum missis, duas tectas naves et tres lembos adimit. his, alios atque alios dies noctesque transvehendo, intra paucos dies omnes copias trajecit. Haud ita multo post Leonorius, adjuvante Nicomede Bithyniae rege, a Byzantio transmisit. Coëunt deinde in unum rursus Galli, et auxilia Nicomedi dant, adversus Zyboetam, partem tenentem Bithyniae, gerenti bellum. Atque eorum maxime opera devictus

Zyboeta est, Bythiniaque omnis in ditionem Nicomedis concessit. Profecti ex Bithynia in Asiam processerunt. non plus ex viginti millibus hominum, quam decem armata erant. tamen tantum terroris omnibus, quae cis Taurum incolunt, gentibus injecerunt, ut, quas adissent, quasque non adissent, pariter ultimae propinquis, imperio parerent. Postremo, quum tres essent gentes, Tolistoboji, Trocmi, Tectosagi, in tres partes, qua cuique populorum suorum vectigalis Asia esset, diviserunt. Trocmis Hellesponti ora data; Tolistoboji Aeolida atque Ioniam, Tectosagi mediterranea Asiae sortiti sunt. et stipendium tota cis Taurum Asia exigebant. Sedem autem ipsi sibi circa Halyn flumen ceperunt. tantusque terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna sobole aucta, ut Syriae quoque ad postremum reges stipendium dare non abnuerent. Primus Asiam incolentium abnuit Attalus, pater regis Eumenis: audacique incepto, praeter omnium opinionem, adfuit fortuna, et signis conlatis superior fuit.

vinto Zibeta, e quindi tutta la Bitinia venne in potere di Nicomede. Partitisi dalla Bitinia s' inoltrarono nell' Asia; di venti mila uomini non n' erano di armati più che dieci; nondimeno tanto spavento misero a tutte le nazioni, che abitano di qua dal monte Tauro, che o visitate da' Galli, o non visitate, le lontane egualmente, che le vicine ubbidivano a' lor comandi. Infine, essendo tre nazioni distinte i Tolistoboj, i Trocmi, e i Tectosagi, si divisero in tre parti l' Asia, onde ciascuna parte a ciascun popolo pagasse tributo. Ai Trocmi fu data la spiaggia dell' Ellesponto; ai Tolistoboj toccò per sorte l' Eolide; e la Ionia; ai Tectosagi i paesi dell' Asia infra terra; esigevan tributo da tutta l' Asia di qua del monte Tauro. Si presero poi a principale stanza le vicinanze del fiume Hali; ed era sì grande il terrore del nome loro, cresciuta anche di molto la lor generazione, che in fine gli stessi re della Siria non ricusavano di pagar tributo a' medesimi. Primo a ricuperarlo di quanti abitano l' Asia fu Attalo, padre del re Eumene, e la fortuna, contro l' opinione di tutti, arrise al di lui ardimento; e venuto a giornata

rimase superiore; non però franse gli animi loro sì fattamente, che cessassero di dominare. Conservarono la stessa potenza sino alla guerra di Antioco coi Romani; ed anche allora, scacciato Antioco, ebbero grande speranza, perchè abitavano lungi dal mare, che non sarebbe l' esercito Romano giunto sino a loro.

XVII. Avendo a combattere contro codesti nemici, tanto terribili a tutti quei del paese, il console, chiamati i soldati a parlamento, a un dipresso così loro parlò: *Non ignoro, o soldati, che di tutte le nazioni, che abitano l' Asia, i più riputati in guerra sono i Galli. Questa nazione feroce, scorso guerreggiando quasi il mondo intero, prese stanza in mezzo ad uomini d' indole mansuetissima. Corpi grandi, chioma lunga e rosseggiante, scudi vasti, spade lunghissime; inoltre canzoni al principio dell' assalto, ululi e tripudj, e nello scuotere degli scudi a certa lor foggia nazionale, orrendo strepito d' arme, tutto questo appositamente fatto per atterrire. Ma n' abbian tema coloro, cui son codeste cose inusitate e nuove, i Greci, i Frigj, i Carj; i Romani, avvezzi a' Gallici tumulti, conoscono anche questi vani*

non tamen ita infregit animos eorum, ut absisterent imperio. Easdem opes usque ad bellum Antiochi cum Romanis manserunt. tum quoque, pulso Antiocho, magnam spem habuerunt, quia procul mari incolerent, Romanum exercitum ad se non perventurum.

XVII. Cum hoc hoste, tam terribili omnibus regionis ejus, quia bellum gerendum erat, pro concione milites maxime in hunc modum adlocutus est consul: *Non me praeterit, milites, omnium, quae Asiam colunt, gentium Gallos fama belli praestare. Inter mitissimum genus hominum ferox natio, pervagata bello prope orbem terrarum, sedem cepit. procera corpora, promissae et rutilatae comae, vasta scuta, praelongi gladii: ad hoc cantus ineuntium proelium, et ululatus, et tripudia, et quatiensium scuta in patrium quemdam modum horrendus armorum crepitus: omnia de industria composita ad terrorem. Sed haec, quibus insolita atque insueta sunt, Graeci, et Phryges, et Cares timeant: Romanis, Gallici tumultus adsue-*

*tis, etiam vanitates notae sunt. Semel primo congressu ad Alliam olim fuderunt majores nostros: ex eo tempore per ducentos jam annos pecorum in modum consternatos caedunt fugantque; et plures prope de Gallis triumphi, quam de toto orbe terrarum, acti sunt. Jam usu hoc cognitum est, si primum inpetum, quem fervido ingenio et caeca ira effundunt, sustinueris, fluunt sudore et lassitudine membra, labant arma: mollia corpora, molles, ubi ira consedit, animos sol, pulvis, sitis, ut ferrum non admoveas, prosternunt. Non legionibus legiones eorum solum experti sumus, sed vir unus cum viro congrediendo, T. Manlius, M. Valerius, quantum Gallicam rabiem vinceret Romana virtus, docuerunt. Jam M. Manlius unus agmine scandentes in Capitolium Gallos detrusit. Et illis majoribus nostris cum haud dubiis Gallis in terra sua genitis res erat. Hi jam degeneres sunt; mixti, et Gallograeci vere, quod adpellantur: sicut in frugibus pecudibusque, non tantum semina ad servandam*

*spauracchi. Costoro una sola volta nel primo scontro all' Allia sbaragliarono i nostri maggiori; da quel tempo in qua i nostri, già pel corso di dugent' anni, li tagliano a pezzi costernati quai pecore, e li mettono in fuga; e si son menati quasi più trionfi de' Galli, che di tutto il resto del mondo. Già è noto per esperienza, che qualora se ne sostenga il primo impeto, che caccian fuori per fervidezza d' indole, e cieca ira, cascan loro le membra per sudore e lassezza, cascano l' armi; que' corpi, que' loro animi molli, come l' ira si sedò, il sole, la polvere, la sete, senza che tu adoperi il ferro, gli abbattono. Non solamente abbiam messo alla prova le loro legioni colle nostre; ma in singolare tenzone uomo con uomo; e Tito Manlio, e Marco Valerio han dimostrato, quanto il Romano valore la rabbia Gallica superasse. Ne' tempi addietro il solo Marco Manlio precipitò al basso i Galli, che in frotta salivano al Campidoglio ed aveano a fare que' nostri maggiori con veri Galli, nati nel lor paese. Codesti nostri già sono ormai degenerati, mescolati, e veramente, come si chiamano, Gallogreci, siccome avviene delle biade, e de' bestiami, ne' quali a serbar*

*l' indole primiera non tanto valgono i semi, quanto vale a mutarli la qualità propria del suolo e del cielo, sotto il quale si nutrono. I Macedoni, che possedono Alessandria in Egitto, e Seleucia, e Babilonia, ed altre colonie sparse per tutto il mondo, sono degenerati da' Sirj, Parti, Egiziani. Marsiglia, situata in mezzo a' Galli, trasse alquanto spirito dai vicini. Che rimase a' Tarentini di quella dura ed aspra disciplina Spartana? Ogni cosa nasce più generosa nel proprio suolo; quello che si trapianta in altro terreno, tramutandosi la natura, degenera in ciò, donde trae il nodrimento. I Frigj adunque, gravati del peso dell' armi Galliche, voi vincitori li taglierete vinti a pezzi, come già li tagliaste nella pugna con Antioco. Ho più paura, che non ve ne venga assai lode, di quello, che abbiate a sostenere troppo gran lotta. Il re Attalo spesso gli sconfisse, e fugò. Non vogliate credere, che le sole belve, prese di fresco, dapprima conservino quella loro selvaggia fierezza, indi, nodrite per qualche tempo dalla mano dell' uomo, si mansuefacciano; e che nel mitigare la fierezza degli uomini non adoperi egualmente la natura. Stimate forse, che sien costoro i*

*indolem valent, quantum terrae proprietas coelique, sub quo aluntur, mutat. Macedones, qui Alexandriam in Aegypto, qui Seleuciam ac Babyloniam, quique alias sparsas per orbem terrarum colonias habent, in Syros, Parthos, Aegyptios degenerarunt. Massilia, inter Gallos sita, traxit aliquantum ab adcolis animorum. Tarentinis quid ex Spartana, dura illa et horrida, disciplina mansit? Generosius in sua quidquid sede gignitur; insitum alienae terrae, in id, quo alitur, natura vertente se, degenerat. Phrygas igitur Gallicis oneratos armis, sicut in acie Antiochi cecidistis, victos victores caedetis. Magis id vereor, ne parum inde gloriae, quam ne nimium belli sit. Attalus eos rex saepe fudit fugavitque. Nolite existimare, belluas tantum recens captas feritatem illam silvestrem primo servare, deinde, quum diu manibus humanis alantur, mitescere; in hominum feritate mulcenda non eamdem naturam esse. Eosdemne hos creditis esse, qui patres eorum*

*avique fuerunt? extorres inopia agrorum profecti domo per asperrimam Illyrici oram; Paeoniam inde et Traciam, pugnando cum ferocissimis gentibus, emensi, has terras ceperunt. Duratos eos tot malis exasperatosque accepit terra, quae copia rerum omnium saginaret. uberrimo agro, mitissimo coelo, clementibus adcolarum ingeniis, omnis illa, cum qua venerant, mansuefacta est feritas. Vobis, mehercule, Martis viris, cavenda ac fugienda quamprimum amoenitas est Asiae. tantum hae peregrinae voluptates ad exstinguendum vigorem animorum possunt; tantum contagio disciplinae morisque adcolarum valet. Hoc tamen feliciter evenit, quod, sicut vim adversus vos nequaquam, ita famam apud Graecos parem illi antiquae obtinent, cum qua venerunt; bellique gloriam victores eamdem inter socios habebitis, quam si servantes antiquum specimen animorum Gallos vicissetis.*

XVIII. Concione dimissa, missisque ad Eposognatum legatis, qui unus ex regulis

*medesimi, che i padri, e gli avi loro? Erranti per penuria di terreni, partitisi di casa, attraversando la costa asprissima dell' Illirico, indi oltrepassata la Peonia, e la Tracia, combattendo con popoli fierissimi, s' impadronirono di queste terre. Indurati, ed inforzati da tanti mali gli accolse un suolo, che gl' impinguò coll' abbondanza d' ogni cosa. In un terreno grassissimo, sotto un mitissimo cielo, tra gente d' indole mansueta, tutta quella fierezza, con cui eran venuti, si mansuefece. Voi sì, voi, figli di Marte, avete a guardarvi, e fuggir quanto prima l' amenità dell' Asia; tanto sono possenti queste voluttà straniere ad estinguere la vigoria degli animi; tanto ha di forza il contagio della disciplina e de' costumi degli abitanti. Questa però è vostra buona ventura, che siccome costoro non certo la forza stessa contro di voi, così conservano presso i Greci la fama pari all' antica, con cui son venuti; e vincitori otterrete presso gli alleati la stessa lode di valore, come se aveste vinto i Galli nel colmo tuttavia dell' antica lor gloria militare.*

XVIII. Licenziato il parlamento, e mandati de' legati ad Epossognato, il solo

di que' principi, ch' era rimasto fidò all' amicizia di Eumene, ed avea ricusato di soccorrere Antioco contro i Romani, il console mosse il campo. Il primo dì giunse al fiume Alandro, il secondo alla terra, che si chiama Tiscone. Essendo venuti colà i legati degli Oroandesi a chiedere amicizia, fu loro messa l' imposta di dugento talenti; ed avendo essi pregato, che ne potessero fare la riferta a casa, fu conceduto. Indi il console trasse l'esercito a Plitendo; poi si accampò nel paese degli Aliatti. Colà sopravvennero i legati mandati ad Epossognato, e insieme quelli di lui; questi pregando il console, che non movesse guerra a' Tectosagi, *ch' egli stesso, Epossognato, andrebbe colà, e persuaderebbe quel popolo ad ubbidire.* Accettata l' istanza, si cominciò a condurre l' esercito pel paese detto *Assilo;* nome, che gli viene dal fatto; perciocchè non solo non produce legne, ma nè anche spine, o altro qualsiasi alimento di fuoco. Usano invece di legne, sterco bovino. Essendo i Romani accampati a Cuballo, castello della Gallogrecia, comparve con gran tumulto la cavalleria nemica; e scagliatasi all' improvviso non solamente scompigliò le poste de' Romani, ma eziandio ne uccise al-

et in Eumenis amicitia manserat, et negaverat Antiocho adversus Romanos auxilia, castra movit. primo die ad Alandrum flumen, postero ad vicum, quem vocant Tiscon, ventum. Eo legati Oroandensium quum venissent, amicitiam petentes, ducenta talenta iis sunt imperata; precantibusque, ut domum renunciarent, potestas facta. Ducere inde exercitum consul ad Plitendum: deinde ad Alyattos castra posita. Eo missi ad Eposognatum redierunt, et legati cum illis reguli orantes, ne Tectosagis bellum inferret. *ipsum in eam gentem iturum Eposognatum, persuasurumque, ut imperata faciant.* Data venia regulo, duci inde exercitus per Axylon (quam vocant) terram coeptus. Ab re nomen habet. non ligni modo quidquam, sed ne spinas quidem, aut ullum aliud alimentum fert ignis. Fimo bubulo pro lignis utuntur. Ad Cuballum, Gallograeciae castellum, castra habentibus Romanis adparuere cum magno tumultu hostium equites. nec turbarunt tantum stationes Romanas, repente invecti; sed quosdam etiam occi-

dit. Inde consul, ut qui jam ad hostes perventum cerneret, explorato deinde et cum cura coacto agmine procedebat. et continentibus itineribus quum ad Sangarium flumen pervenisset, pontem, quia vado nusquam transitus erat, facere instituit. Sangarius, ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Tymbreti fluvio. inde major jam geminatis aquis per Bithyniam fertur, et in Propontidem sese effundit; non tamen tam magnitudine memorabilis, quam quod piscium adcolis ingentem vim praebet. Transgressis ponte perfecto flumen, praeter ripam euntibus Galli Matris Magnae a Pessinunte obcurrere cum insignibus suis, vaticinantes fanatico carmine, Deam Romanis viam belli e victoriam dare, imperiumque ejus regionis. Accipere se omen quum dixisset consul, castra eo ipso loco posuit. postero die ad Gordium pervenit. Id haud magnum quidem oppidum est, sed plus, quam mediterraneum, celebre et frequens emporium. tria maria pari ferme distantia

quanti. Propagatosi il romore insino al campo, sboccata fuori ad un tratto da tutte le porte la cavalleria Romana, sbaragliò e fugò i Galli, e alquanti nella fuga ne uccise. Poscia il console, vedendo di essere già arrivato al nemico, andava procedendo coll' esercito diligentemente raccolto, e preceduto dagli esploratori; ed essendo giunto con continuato cammino al fiume Sangario, si pose a fabbricare un ponte, non vi essendo guado in nessun luogo. Il Sangario dal monte Adoreo scorrendo per la Frigia va a mescolarsi presso alla Bitinia col fiume Timbreto; di là già per acque addoppiate fatto maggiore attraversa la Bitinia, e sbocca nella Propontide; non tanto rinomato per grandezza, quanto perchè somministra agli abitanti gran copia di pesce. Terminato il ponte, e passato il fiume, camminando lungo la riva, si fecero incontro all' esercito da Pessinunte i Galli, Sacerdoti della Gran Madre con le loro insegne, vaticinando a foggia d' ispirati, che la Diva spianava a' Romani la via della guerra, e dava loro la vittoria, e la signoria di quel paese. Avendo detto il console, che accettava l' augurio, accampossi in quel luogo medesimo. Il dì seguente giunse a Gordio. È questo un castello, non grande per verità, ma è celebre e

frequentato emporio, più che non suol esser luogo infra terra. Ha, quasi ad eguale distanza, tre mari, l'Ellesponto, Sinope, e l'altra spiaggia abitata dai Cilici delle maremme; inoltre tocca i confini di molte e grandi nazioni, il cui commercio avviene, che i reciproci bisogni contraggano in quel punto. I Romani trovarono allora quel castello, abbandonato per la fuga degli abitanti, pieno e ribocco d'ogni sorta di robe. Quivi accampatisi, vennero i legati spediti da Epossognato ad annunziare, *che andato egli a trovare i capi de' Galli non avea ottenuto cosa soddisfacente; che dalle campagne e dalle borgate partonsi a gran torme; e colle mogli e co' figli, conducendo e portando seco quel più che potevano, si drizzavano inverso il monte Olimpo; onde di là coll' armi, e col vantaggio del sito difendersi.*

XIX. Di poi i legati degli Oroandesi arrecaron nuove più certe; *i Tolistoboj, aver occupato il monte Olimpo; per altra via i Tectosagi essersi drizzati verso un altro monte, che si chiama Magaba, i Trocmi, depositate le mogli ed i figliuoli in mano de' Tectosagi, aver deliberato di soccorrere co' loro armati i Tolistoboj.* Erano allora capi di questi tre popoli Ortiagone, Combolomaro, e Gau-

intervallo habet, Hellespontum, ad Sinopen, et alterius orae litora, qua Cilices maritimi colunt. multarum magnarûmque praeterea gentium fines contingit, quarum commercium in eum maxime locum mutui usus contraxere. id tum desertum fuga incolarum oppidum, refertum idem copia rerum omnium, invenerunt. Ibi stativa habentibus legati ab Eposognato venerunt, nunciantes, *Profectum eum ad regulos Gallorum nihil aequi impetrasse. ex campestribus vicis agrisque frequentes demigrare, et cum conjugibus ac liberis, quaé ferre atque agere possint, prae se agentes portantesque Olympum montem petere, ut inde armis locorumque situ sese tueantur.*

XIX. Certiora postea Oroandensium legati adtulerunt: *Tolistobojorum civitatem Olympum montem cepisse; diversos Tectosagos alium montem, qui Magaba dicatur, petisse. Trocmos, conjugibus ac liberis apud Tectosagos depositis, armatorum agmine Tolistobojis statuisse auxilium ferre.* Erant autem tunc trium populorum reguli Ortiagon,

et Combolomarus, et Gaulotus. Iis haec maxime belli ratio sumendi fuerat, quod, quum montes editissimos ejus regionis tenerent, convectis omnibus, quae ad usum quamvis longi temporis sufficerent, taedio se fatigaturos hostem censebant. *Nam neque ausuros per tam ardua atque iniqua loca subire eos: et, si conarentur, vel parva manu prohiberi ac deturbari posse. nec quietos, in radicibus gelidorum montium sedentes, frigus aut inopiam laturos.* Et quum ipsa altitudo locorum eos tutaretur, fossam quoque et alia munimenta verticibus iis, quos insederant, circumjecere. Minima adparatus missilium telorum cura fuit, quod saxa adfatim praebituram asperitatem ipsam locorum credebant.

XX. Consul, quia non cominus pugnam, sed procul locis obpugnandis, futuram praeceperat animo, ingentem vim pilorum, velitarium hastarum, sagittarum, glandisque, et modicorum, qui funda mitti possent, lapidum paraverat. instructusque missilium adparatu ad Olympum montem ducit, et a quinque fer-

loto. La ragione, che gli avea indotti a pigliar la guerra, era stata massimamente questa, che occupando i più alti monti del paese, ed avendovi trasportato quanto potea bastare al bisogno per qualsiasi tempo lunghissimo, si pensavano, che avrebbono col tedio stancato il nemico; *che questi non oserebbe salire ad essi per luoghi così scoscesi, e svantaggiosi; e se il tentasse, si sarebbe potuto anche con poca gente respingerlo, e ripiombarlo al basso; e se si stesse quieto a sedere alle radici di quelle fredde montagne, non avrebbe tollerato la penuria e il freddo.* E benchè difesi fossero dall'altezza de' luoghi, pure circondarono di fossa e d' altre munizioni le vette, che avean prese. Poco curaronsi di apparecchiare armi da lanciare, credendo che la stessa asprezza de' luoghi darebbe sassi in abbondanza.

XX. Il console, che avea già col pensiero antiveduto non aversi a combattere da vicino, ma sì assaltare luoghi da lontano, avea preparata quantità grande di giavellotti, di aste, come le usano i veliti, di saette, e ghiande di piombo, e di picciole pietre da scagliarsi con le fionde; e fornito di ogni arme da lanciare conduce l' esercito al monte Olimpo,

e si avanza alla distanza di cinque miglia. Il dì appresso essendosi inoltrato con quattrocento cavalli, e con Attalo, a esaminare la qualità del monte, e il sito de' Galli, venutagli addosso una banda di cavalli nemici doppia di numero, lo volsero in fuga: alcuni pochi nella fuga furono uccisi, alquanti più feriti. Il terzo giorno, andato con tutta la cavalleria ad esplorare i luoghi, poichè nessun de' nemici uscì da' trinceamenti, girato securamente tutto il monte, osservò, che dalla parte di mezzodì i colli appianati e dolcemente declivi veniano come a finire a terra, e non esservi a settentrione, che rupi scoscese ed erte; e chiusa quasi del tutto ogni altra via, esservene tre sole; una a mezzo il monte, dove c'era qualche strato di terra; due difficili al levante d'inverno, ed al ponente di state. Fatte queste osservazioni, il dì medesimo si accampò alle radici del monte. Il dì seguente, fatto il consueto sagrifizio, avuti lieti segni subito dalle prime vittime, diviso l'esercito in tre parti, lo guida al nemico. Egli colla maggior parte delle genti ascende il monte, dov'era più facile la salita. Ordina al fratello Lucio Manlio, che quanto glielo permettano i luoghi, e possa egli farlo con si-

me millibus locat castra. Postero die cum quadringentis equitibus et Attalo progressum eum, ad naturam montis situmque Gallicorum castrorum visendum, equites hostium, duplex numerus, effusi castris in fugam averterunt. occisi quoque pauci fugientium, vulnerati plures. Tertio die cum omnibus ad loca exploranda profectus, quia nemo hostium extra munimenta processit, tuto circumvectus montem, animadvertit, meridiana regione terrenos et placide adclivos ad quemdam finem colles esse, ad septentrionem arduas et rectas prope rupes; atque, omnibus ferme aliis inviis, itinera tria esse: unum medio monte, qua terrena erant: duo difficilia ab hiberno solis ortu, et ab aestivo occasu. Haec contemplatus, eo die sub ipsis radicibus posuit castra. postero die, sacrificio facto, quum primis hostiis litasset, trifariam exercitum divisum ducere ad hostem pergit. ipse cum maxima parte copiarum, qua aequissimum aditum praebebat mons, adscendit. L. Manlium fratrem ab hiberno ortu, quoad loca

patiantur, et tuto possit, subire jubet. si qua periculosa et praerupta obcurrant, non pugnare cum iniquitate locorum, neque inexsuperabilibus vim adferre; sed obliquo monte ad se declinare, et suo agmini conjungi. C. Helvium cum tertia parte circumire sensim per infima montis, deinde ab aestivo occasu erigere agmen. et Attali auxilia trifariam aequo numero divisit: secum esse ipsum juvenem jussit. equitatum cum elephantis in proxima tumulis planitie reliquit. Edictum praefectis, ut intenti, quid ubique geratur, animadvertant; opemque, ferre quo postulent res, properent.

XXI. Galli, duobus lateribus satis fidentes invia esse, ab ea parte, quae in meridiem vergeret, ut armis clauderent viam, quatuor ferme millia armatorum ad tumulum, inminentem viae minus mille passuum a castris, occupandum mittunt; eo se rati velut castello iter inpedituros. Quod ubi Romani viderunt, expediunt sese ad pugnam. ante signa modico intervallo velites eunt, et ab Attalo Cretenses sagittarii, et fundi-

curezza, vada salendo al levante d'inverno; se si abbatta in siti pericolosi e dirupati, non contrasti collo svantaggio del terreno, nè voglia sforzare passi insuperabili; ma seguendo obliquamente il monte pieghi verso di lui, e si unisca alla sua gente. Commette a Cajo Elvio, che colla terza parte dell' esercito insensibilmente giri attorno il piede del monte, indi si drizzi verso al ponente estivo. E parimenti divise in tre parti eguali gli ajuti di Attalo; volle però, che il giovanetto si stesse con lui; la cavalleria cogli elefanti lasciolla al piano, ch' era vicino ai colli. Fu dato ordine ai prefetti, che osservino attenti checchè si facesse da per tutto; e si affrettassero di dar soccorso, dove occorresse.

XXI. I Galli, bastantemente fidando, che da due lati non vi fosse via da salire, per chiudere l' accesso alla parte volta a mezzo dì, mandano da quattro mila armati ad occupare il poggio soprastante alla strada, discosto dal campo meno di mille passi; stimando, che quivi, quasi posti in fortezza, impedirebbero il passo. Il che visto, i Romani si allestirono alla pugna. I veliti precedono le bandiere a picciola distanza; e della gente d' Attalo gli arcieri Cretesi, i frombolieri

i Tralli, e i Traci; i fanti, andando all'erta, son guidati a passo lento, tenendo gli scudi in modo da solamente garantirsi dai dardi, non che sembrassero di voler combattere dappresso. La zuffa si appiccò saettando da lungi, ed eran pari dapprima, il sito ajutando i Galli, la varietà e copia de' dardi i Romani. Procedendo innanzi la pugna, spariva la parità; gli scudi lunghi, ma poco larghi rispetto all' ampiezza de' corpi, ed anche piani, coprivano malamente i Galli. E di già non avevano altr' armi, che le spade, che non potevano usare, perchè non si combatteva da vicino. Si valevano di sassi, e non già mezzani, che non se ne avevano apparecchiati, ma di quelli, che a caso nel trambusto veniano alle mani di ciascuno, qual gente non avvezza, che non ajuta il colpo nè coll' arte, nè colla forza. Male guardandosi eran trafitti da ogni parte da saette, da ghiande, da giavellotti; e acciecati dall'ira e dal timore non vedevano, che si facessero; ed eran sopraffatti da una foggia di combattere, a cui non son atti. Perciocchè siccome da vicino, dove si può dare a vicenda, e ricever ferite, lo sdegno infiamma gli animi loro, così laddove son colpiti da saette occultamente e da lungi, nè hanno dove possano lanciar-

tores, et Tralli, et Traces: signa peditum, ut per arduum, leni gradu ducuntur, ita prae se habentium scuta, ut missilia tantum vitarent, pede conlato non viderentur pugnaturi. Missilibus ex intervallo loci proelium commissum est, primo par, Gallos loco adjuvante, Romanos varietate et copia telorum. Procedente certamine, nihil jam aequi erat. scuta longa, ceterum ad amplitudinem corporum parum lata, et ea ipsa plana, male tegebant Gallos. Nec jam tela alia habebant, praeter gladios: quorum, quum manum hostis non consereret, nullus usus erat. Saxis, nec modicis, ut quae non praeparassent, sed quod cuique temere trepidanti ad manum venisset, ut insueti, nec arte nec viribus adjuvantes ictum, utebantur. sagittis, glande, jaculis incauti ab omni parte configebantur: nec, quid agerent, ira et pavore obcaecatis animis, cernebant: et erant deprehensi genere pugnae, in quod minime apti sunt. Nam quemadmodum cominus, ubi in vicem pati et inferre vulnera licet, accendit ira animos

eorum; ita, ubi ex occulto et procul levibus telis vulnerantur, nec, quo ruant caeco inpetu, habent, velut ferae transfixae in suos temere incurrunt. Detegebat vulnera eorum, quod nudi pugnant, et sunt fusa et candida corpora, ut quae numquam, nisi in pugna, nudentur: ita et plus sanguinis e multa carne fundebatur, et foediores patebant plagae, et candor corporum magis sanguine atro maculabatur. Sed non tam patentibus plagis moventur. interdum insecta cute, ubi latior, quam altior, plaga est, etiam gloriosius se pugnare putant. Iidem, quum aculeus sagittae aut glandis, abditae introrsus, tenui vulnere in speciem urit, et scrutantes, quae vellant, telum non sequitur; tum, in rabiem et pudorem tam parvae perimentis pestis versi, prosternunt corpora humi, sic ut passim procumberent. Alii, ruentes in hostem, undique configebantur: et, quum cominus venerant, gladiis a velitibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet, et in dextra hastas, quibus eminus utitur. gladio Hispa-

sì con cieco impeto, quasi belve trafitte, contro i suoi stessi si scagliano pazzamente. Mostrava le lor ferite quel lor combattere ignudi, e que' loro corpi grandi e bianchi, come quelli, che non si snudano mai, se non se quando combattono; così e più sangue colava dalla molta carne, e più sconce apparivano le aperte piaghe, e la candidezza de' corpi più s' insozzava dal nero sangue. Ma non gli spaventa gran fatto la piaga larga; che talvolta tagliata la cute, dove la piaga è appunto più larga, che profonda, par loro di combattere con maggior gloria. I medesimi, se la punta del dardo o della ghianda addentro penetrata li cruccia con ferita piccola in apparenza, e se lo strale, che vaň cercando di estrarre, non segue la mano, allora voltisi a rabbia, ed a vergogna di dover perire per sì picciolo malore, si gettano a terra così, che gli vedi qua e colà distesi. Altri scagliandosi ciecamente addosso al nemico, erano da ogni parte trafitti; e quando venivano alle mani, i veliti li trucidavano colle spade. Questa maniera di soldati porta uno scudo di tre piedi, e nella mano destra le aste, di cui si serve da lontano; pende loro alla cintura una spada alla Spagnuola; se ha da com-

battere corpo a corpo, passata l' asta nella mano sinistra, impugna il ferro. Già non restavano, che pochi Galli; i quali, poi che si videro superati dalla leggera armatura, ed appressarsi le insegne delle legioni, fuggendo alla dirotta, tornano agli alloggiamenti, già pieni di confusione, e di paura, come quelli, dov' erano mescolati insieme donne e fanciulli, ed altra turba imbelle. I Romani vincitori presero i poggi abbandonati dalla fuga dei nemici.

XXII. A quel tempo medesimo Lucio Manlio e Cajo Elvio essendo saliti all' erta insino a tanto, che l' obliquità de' colli il permise, come furon giunti, dove non c' era più via, piegarono il cammino a quella parte del monte, che sola mostrava un sentiero; e cominciarono a tener dietro alle genti del console a picciola distanza l' uno dall' altro, quasi per fatto accordo; dalla necessità spinti a far quello, che si saria fatto ottimamente dapprima. Perciocchè ne' luoghi a questo modo svantaggiosi furon sovente di grande utilità gli ajuti per l' effetto, che a caso respinti i primi, i secondi coprano gli scacciati, e sottentrino freschi alla pugna. Il console, poi che le prime insegne delle legioni furono giunte a' poggi

niensi est cinctus. quod si pede conlato pugnandum est, translatis in laevam hastis, stringit gladium. Pauci supererant jam Gallorum. qui, postquam ab levi armatura superatos se viderunt, et instare legionum signa, effusa fuga castra repetunt, pavoris et tumultus jam plena: ut ubi feminae, puerique, et alia imbellis turba permixta esset. Romanos victores deserti fuga hostium acceperunt tumuli.

XXII. Sub idem tempus L. Manlius et C. Helvius, quum, quoad viam colles obliqui dederunt, escendissent, postquam ad invia ventum est, flexere item in partem montis, quae una habebat iter; et sequi consulis agmen, modico uterque intervallo, velut ex composito, coeperunt: quod primo optimum factu fuisset, in id necessitate ipsa compulsi. Subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximo saepe usui fuerunt: ut, primis forte deturbatis, secundi et tegant pulsos, et integri pugnam excipiant. Consul, postquam ad tumulos, ab levi armatura captos, prima signa le-

gionum pervenerunt, respirare et conquiescere paullisper militem jubet; simul strata per tumulos corpora Gallorum ostentat: Et, *quum levis armatura tale proelium ediderit, quid ab legionibus, quid ab justis armis, quid ab animis fortissimorum militum exspectari? Castra illis capienda esse, in quae compulsus ab levi armatura hostis trepidet.* Praecedere tamen jubet levem armaturam: quae, quum staret agmen, colligendis per tumulos telis, ut missilia subficerent, haud segne id ipsum tempus consumserat. Jam castris adpropinquabant: et Galli, ne parum se munimenta sua tegerent, armati pro vallo constiterant. obruti deinde omni genere telorum, quum, quo plures ac densiores erant, eo minus vani quidquam intercideret teli, intra vallum momento temporis compelluntur, stationibus tantum firmis ad ipsos aditus portarum relictis. In multitudinem, compulsam in castra, vis ingens missilium telorum conjiciebatur: et, vulnerari multos, clamor, permixtus mu-

presi dalla leggera armatura, ordina, che il soldato respiri alcun poco, e riposi; e nel tempo stesso gli addita i corpi morti de' Galli distesi al suolo qua e colà per le colline; *e quando*, disse, *gli armati alla leggera combatterono a questa guisa, che si debbe aspettarsi dalle legioni, che da squadre ordinate, che dal coraggio di soldati valorosissimi? Bisogna, che prendano gli alloggiamenti, ne' quali il nemico respinto dall' armatura leggera trema di spavento.* Nondimeno fa, che gli armati alla leggera precedano, i quali, mentre i legionarj sostavano, non aveano consumato oziosi quel tempo stesso, raccogliendo le freccie sparse pe' colli, onde non mancarne. Già si accostavano agli alloggiamenti; e i Galli, acciocchè le lor munizioni meglio li difendessero, s' erano piantati in arme davanti allo steccato. Indi oppressi sotto un nembo di freccie e di dardi d' ogni sorte, perciocchè quanti più erano, e quanto più folti, tanto meno cadeva a voto nessun colpo, sono in un momento ricacciati dentro lo steccato, lasciate solamente alcune valide poste agl' ingressi. Pioveva addosso alla moltitudine respinta negli alloggiamenti una quantità infinita di saettume; e che molti ne fossero feriti, lo palesavan le

grida mescolate ai pianti dei fanciulli e delle donne. I legionarj delle prime file scagliarono i lor giavellotti contro quelli, che collo poste tenevan chiuse le porte; nè questi eran feriti, ma, trapassati da banda a banda i loro scudi dalle freccie, la più parte si trovavano appiccati insieme tra loro; nè sostennero più a lungo l'impeto de' Romani.

XXIII. Spalancate di già le porte, innanzi che i vincitori vi si scagliassero dentro, i Galli da tutte le parti fuggono in frotta dal campo; si lancian ciechi per le vie, per le non vie, non gli arrestan nè balze precipitose, nè dirupi; non d'altro han tema, che de' nemici; ond'è, che moltissimi rovinando giù per profondissimi abissi, o smarrite le forze, perdono la vita. Il console, presi gli alloggiamenti, ritiene il soldato dal saccheggiare, e depredare; e comanda, che ognuno insegua e stringa, e vie maggior timore aggiunga al costernato nemico. Sopravvenne anche l'altra schiera con Lucio Manlio; nè gli lascia entrare nel campo; li manda subito ad inseguire i fuggitivi; ed egli poco di poi, consegnata la guardia de' prigionieri a' tribuni de' soldati, tien loro dietro, pensando, che finirebbe la guerra, se in quel trambusto assai fossero i morti, o

lierum atque puerorum ploratibus, significabat. In eos, qui portas stationibus suis clauserant, legionum antesignani pila conjecerunt. hi vero non vulnerabantur, sed, transverberatis scutis, plerique inter se conserti haerebant: nec diutius inpetum Romanorum sustinuerunt.

XXIII. Patentibus jam portis, priusquam inrumperent victores, fuga e castris Gallorum in omnes partes facta est. ruunt caeci per vias, per iuvia: nulla praecipitia saxa, nullae rupes obstant: nihil praeter hostem metuunt. Itaque plerique praecipites per vastam altitudinem prolapsi aut debilitati exanimantur. consul, castris captis, direptione praedaque abstinet militem: sequi pro se quemque, et instare, et perculsis pavorem addere jubet. Supervenit et alterum cum L. Manlio agmen; nec eos castra intrare sinit. protinus ad persequendos hostes mittit: et ipse paullo post, tradita captivorum custodia tribunis militum, sequitur; debellatum ratus, si in illo pavore quam plurimi caesi forent, aut capti.

Egresso consule, C. Helvius cum tertio agmine advenit. nec continere suos a direptione castrorum valet: praedaque eorum, iniquissima sorte, qui pugnae non interfuerant, facta est. Equites diu, ignari et pugnae et victoriae suorum, steterunt. deinde et ipsi, quantum equis subire poterant, sparsos fuga Gallos circa radices montis consectati cecidere, aut cepere. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit, quia late inter omnes amfractus montium fugaque et caedes fuit: et magna pars rupibus inviis in profundae altitudinis convalles delapsa est; pars in silvis vepribusque occisa. Claudius, qui bis pugnatum in Olympo monte scribit, ad quadraginta millia hominum caesa, auctor est: Valerius Antias, qui magis inmodicus in numero augendo esse solet, non plus decem millia. Numerus captivorum haud dubie millia quadraginta explevit, quia omnis generis aetatisque turbam secum traxerant, demigrantium magis, quam in bellum euntium, modo. Consul, armis hostium in uno con-

presi. Partito il console, venne Cajo Elvio colla terza squadra; nè pote ritenere i suoi dal saccheggiare il campo, il quale per ingiustissima sorte divenne preda di coloro, che non erano intervenuti alla battaglia. La cavalleria stette lungo tempo immobile, ignara della pugna, e della vittoria de' suoi; indi essi pure, quanto potean salire in alto co' lor cavalli, dieronsi inseguendo ad ammazzare, o pigliare i Galli sparsi dalla fuga per le radici del monte. Non si potè sapere agevolmente il numero de' morti, perchè la fuga e la strage si distese largamente per tutti gli anfratti delle montagne; e gran parte rovinò da rupi scoscese in profondissime valli; parte furono uccisi nelle selve, e tra le macchie. Claudio, il quale scrive essersi combattuto due volte sul monte Olimpo, mette morti da quaranta mila uomini; Valerio Anziate, che suol essere più smodato nell' accrescere il numero, non ne conta più di dieci mila. Il numero de' prigioni fu indubitatamente di quaranta mila, perchè avean tratto seco una turba immensa di gente d' ogni sesso, d'ogni età, più a foggia di chi abbandona la patria, che di chi si reca alla guerra. Il console, abbruciate in un solo monte tutte le armi de' nemici, ordinò, che tutti

mettessero in comune l'altra preda; e o ne vendette quello, che si aveva a portare nel pubblico tesoro, o la divise tra' soldati, dando molta cura, perchè la distribuzione riescisse giustissima. Furon anche lodati in pubblico parlamento, e regalati, ciascuno secondo il merito; innanzi a tutti Attalo, con sommo applauso degli altri; perciocchè s'era segnalato in tutte le fatiche e pericoli il coraggio, e l'abilità di quel giovane, e parimenti la sua modestia.

XXIV. Restava intatta la guerra co'Tectosagi. Andato il console alla lor volta, il terzo giorno giunse ad Ancira, città rinomata in quel paese, dalla quale eran discosti i nemici poco più di dieci miglia. Dove essendosi acquartierati i Romani, occorse un memorabile fatto di una prigioniera. Era custodita tra parecchi altri prigioni la moglie di Ortiagonte, uno de' capi de' Galli, di bellissima forma; alla cui custodia presiedeva un centurione, libidinoso ed avido, quanto suol essere soldato. Egli dapprima tentò l'animo della donna; e vedendo, ch'ella aborriva di consentire allo stupro, fè violenza al corpo, che fortuna avea fatto schiavo. Indi a mitigare l'indegnità dell'affronto, porge alla donna speranza di

crematis cumulo, ceteram praedam conferre omnes jussit: et aut vendidit, quod ejus in publicum redigendum erat: aut cum cura, ut quam aequissima esset, per milites divisit. Laudati quoque pro concione omnes sunt, donatique pro merito quisque: ante omnes Attalus, summo ceterorum adsensu. nam singularis ejus juvenis quum virtus et industria in omnibus laboribus periculisque, tum modestia etiam fuerat.

XXIV. Supererat bellum integrum cum Tectosagis. Ad eos profectus consul, tertiis castris Ancyram, nobilem in illis locis urbem, pervenit, unde hostes paullo plus decem millia aberant. Ubi quum stativa essent, facinus memorabile a captiva factum est. Ortiagontis reguli uxor forma eximia custodiebatur inter plures captivos, cui custodiae centurio praeerat, et libidinis et avaritiae militaris. Is primo ejus animum tentavit. quem quum abhorrentem a voluntario videret stupro, corpori, quod servum fortuna erat, vim fecit. Deinde, ad leniendam indignitatem injuriae, spem reditus ad

suos mulieri facit; et ne eam quidem, ut amans, gratuitam. certo auri pondere pactus, ne quem conscium suorum haberet, ipsi permittit, ut, quem vellet, unum ex captivis nuncium ad suos mitteret. Locum prope flumen constituit; quo duo, ne plus, necessarii captivae cum auro venirent nocte insequenti ad eam accipiendam. Forte ipsius mulieris servus inter captivos ejusdem custodiae erat. hunc nuncium primis tenebris extra stationes centurio educit. Nocte insequenti et duo necessarii mulieris ad constitutum locum, et centurio cum captiva venit. ubi quum aurum ostenderent, quod summam talenti Attici (tanti enim pepigerat) expleret; mulier lingua sua, *stringerent ferrum, et centurionem pensantem aurum occiderent,* imperavit. Jugulati praecisum caput ipsa involutum veste ferens, ad virum Ortiagontem, qui ab Olympo domum refugerat, pervenit. quem priusquam complectaretur, caput centurionis ante pedes ejus abjecit: mirantique, cujusnam id caput hominis, aut quod id facinus haud-

tornare a' suoi, nè questa però, come addicevasi ad amante, gratuita; ma patteggiata certa somma di oro, acciocchè nessuno de' suoi fosse consapevole della cosa, permette alla stessa di mandare messo alla sua famiglia uno de' prigioni, che già volesse. Stabilisce il luogo presso al fiume, ove due e non più de' congiunti della prigioniera venissero coll' oro a riceverla la notte seguente. A caso tra i prigioni sotto la medesima guardia c' era uno schiavo di lei. Il centurione sul primo far della notte trae codestui fuor delle porte, perchè vada a portare il messaggio. La notte appresso, e i due congiunti della donna, e il centurione colla prigioniera vennero al luogo appostato; dove, mostrando essi l'oro, che ascendeva alla somma di un talento Attico (che tanto era il pattuito), la donna lor disse in suo linguaggio, *che impugnassero il ferro, ed uccidessero il centurione, che contava l' oro.* Ed ella stessa portando ravvolto nella veste il capo mozzato di colui, venne al marito Ortiagonte, il quale dall' Olimpo s' era fuggito a casa; e innanzi di abbracciarlo, gettò a' di lui piedi la testa del centurione; e maravigliando questi, di chi ella si fosse, e qual si fosse questo non guari fatto di

donna, confessò la stessa al marito e la sofferta ingiuria nel corpo, e la vendetta, che trasse di sua pudicizia sforzatamente violata; e colla esemplarità e gravità della restante sua vita conservò, come raccontano, sino all' ultimo di l'onore di codesta impresa matronale.

XXV. Gli oratori de' Tectosagi vennero in Ancira a' quartieri del console, chiedendo, che non volesse muovere il campo da Ancira, se non si fosse innanzi abboccato co' loro capi; non vi sarà condizione di pace, che non preferiscano alla guerra. Si stabilisce il tempo pe 'l dì seguente, e parve acconcio il luogo, ch' era di mezzo tra il campo de' Galli, ed Ancira. Dove essendo venuto il console al tempo fissato con una guardia di cinquecento cavalli, poi che non v' ebbe trovato nessun de' Galli, essendosi restituito al campo, tornano gli stessi oratori a chiedere scusa, se i loro capi per impedimento di religione non potevan venire; verrebbero alcuni de' principali della nazione, col mezzo de' quali si poteva comporre egualmente la cosa. Il console disse, che anch' egli vi avrebbe mandato Attalo. Si venne dunque a parlamento d' ambe le parti. Avendo Attalo condotta seco una guardia di trecento cavalli, si

quaquam muliebre esset, et injuriam corporis, et ultionem violatae per vim pudicitiae confessa viro est: aliaque (ut traditur) sanctitate et gravitate vitae hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conservavit.

XXV. Ad Ancyram in stativa Tectosagum oratores ad consulem venerunt, petentes, ne ante ab Ancyra castra moveret, quam conlocutus cum suis regibus esset. nullas conditiones pacis iis non bello fore potiores. Tempus in posterum diem constituitur, locusque qui maxime medius inter castra Gallorum et Ancyram est visus. Quo quum consul ad tempus cum praesidio quingentorum equitum venisset, nec ullo Gallorum ibi viso, regressus in castra esset, oratores iidem redeunt, excusantes, religione objecta venire reges non posse. principes gentis, per quos aeque res transigi posset, venturos. Consul se quoque Attalum missurum dixit. Ad hoc conloquium utrimque ventum est. trecentos equites Attalus praesidii caussa quum adduxisset, jactae sunt pacis

conditiones. Finis rei quia absentibus ducibus inponi non poterat, convenit, uti consul regesque eo loco postero die congrederentur. Frustratio Gallorum eo spectabat, primum ut tererent tempus, donec res suas, quibus periclitari nolebant, cum conjugibus ac liberis trans Halyn flumen trajicerent: deinde quod ipsi consuli, parum cauto adversus conloquii fraudem, insidiabantur. Mille ad eam rem ex omni numero audaciae expertae delegerunt equites. Et successisset fraudi, ni pro jure gentium, cujus violandi consilium initum erat, stetisset fortuna. Pabulatores lignatoresque Romani in eam partem, in qua conloquium futurum erat, ducti sunt; tutius id futurum tribunis ratis, quia consulis praesidium et ipsum pro statione habituri erant, hosti obpositum. suam tamen alteram stationem propius castra sexcentorum equitum posuerunt. Consul, adfirmante Attalo, venturos reges, et transigi rem posse, profectus e castris, quum eodem, quo antea, praesidio equitum quinque millia fere processisset, nec multum a constituto

proposero le condizioni della pace. Perchè non si poteva ultimare il trattato in assenza de' capi, si convenne, che questi, ed il console il dì seguente si sarebbono abboccati insieme. La furberia de' Galli mirava a questo primieramente a consumare il tempo sino a tanto, che avessero mandato le robe loro, che non voleano mettere a pericolo, di là dal fiume Ali insieme colle mogli, e figliuoli; poi perchè macchinavano insidie allo stesso console, poco guardingo contro il frodolento colloquio. Elessero a tal uopo mille uomini a cavallo del più segnato coraggio sopra tutti. E la frode sarebbe riuscita, se la fortuna non avesse protetto il diritto delle genti, che si avea disegnato di violare. I soldati Romani, destinati a far legne, e foraggio, furon mandati a quella parte, dove si dovea tenere l'abboccamento; stimando i tribuni, che così sarebbero più sicuri, perchè avrebbono a difesa la guardia del console, e lui stesso di fronte al nemico; nondimeno posero anche un' altra loro posta di seicento cavalli più presso al campo. Il console, accertato da Attalo, che i capi de' Galli sarebbono venuti, e che si conchiuderebbe l'affare, partitosi dal campo, essendosi inoltrato, colla stessa scorta di ca-

valli, che prima, quasi a cinque miglia; nè trovandosi molto lontano dal luogo stabilito, vede all'improvviso i Galli venirgli addosso a spron battuto in aria ostile. Fè far alto a' suoi, e detto a' cavalieri, che si apparecchiassero a combattere da valorosi, ricevette il nemico con fermezza, nè punto cedette. Indi aggravato dalla moltitudine cominciò a ritirarsi indietro a poco a poco senza scompigliare l'ordinanza; in fine, essendovi più pericolo nell'indugiare, che profitto nel conservare gli ordini, tutti si danno a fuga precipitosa. Allora i Galli si feron sopra gli sbandati, e parecchi ne uccisero; e ne sarebbe rimasta morta gran parte, se i foraggiatori, ed i seicento cavalli, non si fossero fatti innanzi. Essi, udito da lungi il gridar de' suoi per la paura, prese l'armi ed i cavalli, freschi sottentrarono alla ormai spacciata battaglia; così cangiossi subitamente la fortuna, e dai vinti passò il terrore ai vincitori. I Galli furono di primo impeto sbaragliati; ed accorrevano dalla campagna i foraggiatori; e i Galli si vedean nemici intorno da ogni parte, in guisa, che non era nè anche facile o sicura la fuga, perchè i Romani inseguivano con cavalli freschi cavalli stanchi. Pochi dun-

loco abesset, repente concitatis equis cum inpetu hostili videt Gallos venientes. constituit agmen, et expedire tela animosque equitibus jussis primo constantes initium pugnae accepit, nec cessit. dein, quum praegravaret multitudo, cedere sensim, nihil confusis turmarum ordinibus, coepit. postremo, quum jam plus in mora periculi, quam in ordinibus conservandis praesidii esset, omnes passim in fugam effusi sunt. tum vero instare dissipatis Galli, et caedere: magnaque pars obpressa foret, ni statio pabulatorum, sexcenti equites, obcurrissent. Ii, procul clamore pavido suorum exaudito, quum tela equosque expedissent, integri profligatam pugnam acceperunt. Itaque versa extemplo fortuna est, versus in victores a victis terror. et primo inpetu fusi Galli sunt, et ex agris concurrebant pabulatores, et undique obvius hostis Gallis erat: ut ne fugam quidem facilem aut tutam haberent, quia recentibus equis Romani fessos sequebantur. Pauci ergo effugerunt. captus est nemo, major multo

pars per fidem violati conloquii poenas morte luerunt. Romani, ardentibus ira animis, postero die omnibus copiis ad hostem perveniunt.

XXVI. Biduum natura montis per se ipsum exploranda, ne quid ignoti esset, absumsit consul. tertio die, quum auspicio operam dedisset, deinde inmolasset, in quatuor partes divisas copias educit: duas ut medio monte duceret, duas ab lateribus ut adversus cornua Gallorum erigeret. Hostium quod roboris erat, Tectosagi et Trocmi mediam tenebant aciem, millia hominum quinquaginta. equitatum (quia equorum nullus inter inaequales rupes usus erat) ad pedes deductum, decem millia hominum, ab dextro locaverunt cornu. Ariarathis Cappadoces et Morzi auxiliares in laevo quatuor ferme millium numerum explebant. Consul, sicut in Olympo monte, prima in acie locata levi armatura, telorum omnis generis ut aeque magna vis ad manum esset, curavit. Ubi adpropinquarunt, omnia eadem utrimque, quae fuerant in priore proelio, erant praeter animos, et victoribus ab re

que ne scamparono; nessun fu fatto prigione; la maggior parte pagò il fio della violata fede del parlamento. Il dì seguente i Romani, bollenti d'ira, giunsero con tutte le forze sin presso al nemico.

XXVI. Consumò il console due giorni a riconoscere in persona la natura del monte, onde non gli fosse nessuna cosa celata; il terzo dì, avendo presi gli auspizj, indi fatto il sagrifizio, trae fuori le sue genti divise in quattro parti; due per condurle di mezzo al monte, due per drizzarle dai lati contro i fianchi de' Galli. I Tectosagi e i Trocmi, ch'erano il nerbo dell' esercito nemico, stavansi nel centro, in numero di cinquanta mila; la cavalleria (non essendo ella di alcun uso tra quelle balze ineguali), fatta smontare, la posero sull'ala destra in numero di dieci mila. I Cappadoci di Ariarate e gli ajuti di Morzo empierono su l'ala sinistra a un di presso il numero di quattro mila. Il console, come già sul monte Olimpo, messa la leggiera armatura nella prima linea, provide, che similmente avesse alle mani copia grande di saettume d'ogni sorte. Come furon presso, tutto era d'ambe le parti ad una stessa guisa, come già nel fatto antecedente, fuor che il coraggio

per la prosperità cresciuto ne' vincitori, ne' nemici abbattuto; perciocchè sebbene non erano stati propriamente vinti essi stessi, sua nondimeno riputavano la rotta avuta da quelli di lor nazione; quindi la cosa cominciata co' medesimi principj ebbe il medesimo successo. Le Galliche schiere furono quasi affogate sotto un nembo di strali; nessuno ardiva uscir delle file per non isnudare il corpo da ogni parte ai colpi; e standosi fermi, quanto eran più fitti, tante più ferite ricevevano, fatti quasi bersaglio a chi saettava. Il console giudicando, che se a' nemici già scompigliati mostrasse le bandiere delle legioni, gli avrebbe subito volti in fuga, ritratti i veliti nelle file, non che l'altra turba degli ajuti, spinse innanzi tutto l'esercito.

XXVII. I Galli, e atterriti dalla ricordanza della sconfitta de' Tolistoboj e portando gli strali infitti nella persona, rifiniti e dallo stare in piedi e dalle ferite, non sostennero nè anche il primo impeto e grido de' Romani. La fuga si diresse verso gli alloggiamenti; ma pochi si ricovraron dentro le munizioni; la maggior parte, lanciandosi a destra ed a sinistra, dove ciascuno l'impeto portava, fuggirono. I vincitori, inseguendoli sin dentro il campo, li tagliuzzarono alle

secunda auctos, et hostibus fractos: quia, etsi non ipsi victi erant, suae gentis hominum cladem pro sua ducebant. itaque a paribus initiis coepta res eumdem exitum habuit. Velut nubes levium telorum conjecta obruit aciem Gallorum. nec aut procurrere quisquam ab ordinibus suis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant: et stantes, quo densiores erant, hoc plura, velut destinatum petentibus, vulnera accipiebant. Consul, jam per se turbatis si legionum signa ostendisset, versuros extemplo in fugam omnes ratus, receptis inter ordines velitibus et alia turba auxiliorum, aciem promovit.

XXVII. Galli, et memoria Tolistobojorum cladis territi, et inhaerentia corporibus gerentes tela, fessique et stando et vulneribus, ne primum quidem inpetum et clamorem Romanorum tulerunt. Fuga ad castra inclinavit. sed pauci intra munimenta sese recepere: pars major, dextra laevaque praelati, qua quemque inpetus tulit, fugerunt. victores, usque ad castra secuti, ceciderunt terga: deinde in castris cupiditate

praedae haeserunt, nec sequebatur quisquam. In cornibus Galli diutius steterunt, quia serius ad eos perventum est. ceterum ne primum quidem conjectum telorum tulerunt. Consul, qui ingressos in castra ab direptione abstrahere non poterat, eos, qui in cornibus fuerant, protinus ad sequendos hostes misit. per aliquantum spatium secuti, non plus tamen octo millia hominum in fuga (nam pugna nulla fuit) ceciderunt: reliqui flumen Halyn trajecerunt. Romanorum magna pars ea nocte in hostium castris mansit; ceteros in sua castra consul reduxit. Postero die captivos praedamque recensuit: quae tanta fuit, quantam avidissima rapiendi gens, quum cis montem Taurum omnia armis per multos tenuisset annos, coacervare potuit. Galli, ex dissipata passim fuga in unum locum congregati, magna pars saucii aut inermes, nudati omnibus rebus, oratores de pace ad consulem miserunt. Eos Manlius Ephesum venire jussit. ipse, (jam enim medium autumni erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans,

spalle; indi per avidità di preda si fermarono nel campo stesso; e già nessuno più gl' inseguiva. I Galli stettero saldi più lungo tempo su le ale, perchè si giunse ad essi più tardi; del resto non sostennero nè anche il primo scagliare de' dardi. Il console, che non poteva distorre dal saccheggiamento i soldati entrati negli alloggiamenti, mandò subito ad inseguire il nemico quelli ch' erano su le ale. Avendolo inseguito per alquanto spazio, pure non ne uccisero più di otto mila nella fuga ( perciocchè non s' ebbe a combattere ); gli altri passarono il fiume Ali. La maggior parte de' Romani rimase quella notte nel campo de' nemici; il console ritrasse gli altri nel suo. Il dì seguente riscontrò i prigioni e la preda; la quale fu tanta, quanta ne avea potuto ammassare una nazione ingordissima di rapire, che avea per molt' anni dominato tutto il paese, ch' è di qua del monte Tauro. I Galli, qua e colà dispersi dalla dirotta fuga, raccozzatisi in un luogo, gran parte feriti o disarmati, mancanti di tutto, mandarono oratori al console a chieder pace. Manlio comandò loro, che venissero ad Efeso. Egli ( perchè già era il mezzo dell' autunno) dandosi fretta di uscire da' luoghi gelati per la vicinanza del

monte Tauro, rimenò l'esercito vittorioso a svernare lungo la costa marittima.

XXVIII. Mentre si fanno codeste cose nell'Asia, tutto era tranquillo nelle altre provincie. A Roma i censori Tito Quinzio Flaminino e Marco Claudio Marcello rielessero il senato. Fu eletto per la terza volta principe del senato Publio Scipione Africano. Quattro soli furono gli ommessi, nessun de' quali fregiato dell'onor curule. Anche nella rivista della cavalleria fu mite molto la censura. Diedero i censori alcune fabbriche a fare soprà l'Equimelio in Campidoglio, non che il pavimento della strada dalla porta Capena al tempio di Marte. I Campani chiesero al senato in qual luogo avessero ad essere censiti; si decretò, che fossero censiti a Roma. Grandi furono in quest'anno le inondazioni; il Tevere allagò dodici volte il campo Marzio e i luoghi piani della città. Terminata dal console Gneo Manlio la guerra co' Galli nell'Asia, l'altro console Marco Fulvio, domati gli Etoli, passato essendo a Cefallenia, mandò intorno a chiedere alle città dell'isola, se volessero darsi a' Romani, o tentar la sorte della guerra. La paura fe' tal colpo presso tutti, che non ricusarono di darsi. Poscia, secondo le forze povere di que' po-

victorem exercitum in hiberna maritimae orae reduxit.

XXVIII. Dum haec in Asia geruntur, in ceteris provinciis tranquillae res fuerunt. Censores Romae T. Quinctius Flamininus et M. Claudius Marcellus senatum perlegerunt. princeps in senatu tertium lectus P. Scipio Africanus. quatuor soli praeteriti sunt, nemo curuli usus honore. et in equitatu recensendo mitis admodum censura fuit. Substructionem super Aequimaelium in Capitolio, et viam silice sternendam a porta Capena ad Martis locaverunt. Campani, ubi censerentur, senatum consuluerunt. decretum, uti Romae censerentur. Aquae ingentes eo anno fuerunt. Tiberis duodecies campum Martium planaque urbis inundavit. Ab Cn. Manlio consule bello in Asia cum Gallis perfecto, alter consul M. Fulvius, perdomitis Aetolis, quum trajecisset in Cephalleniam, circa civitates insulae misit percunctatum, utrum se dedere Romanis, an belli fortunam experiri, mallent? Metus ad omnes valuit, ne deditionem recusarent. obsides inde imperatos pro viribus inopis populi,

vicenos Nesiotae, Cranii, Palenses et Samaei dederunt. Insperata pax Cephalleniae adfulserat; quum repente una civitas, incertum quam ob caussam, Samaei desciverunt. Quia opportuno loco urbs posita esset, timuisse se ajebant, ne demigrare cogerentur ab Romanis. ceterum ipsine sibi eum finxerint metum, et timore vano quietem exuerint, an jactata sermonibus res apud Romanos perlata ad eos sit, nihil comperti est: nisi quod, datis jam obsidibus, repente portas clauserunt; et ne suorum quidem precibus (miserat enim sub muros consul ad tentandam misericordiam parentum populariumque) desistere ab incepto voluerunt. Obpugnari deinde, postquam nihil pacati respondebatur, coepta urbs est. adparatum omnem tormentorum machinarumque transvectum ab Ambraciae obpugnatione habebat: et opera, quae facienda erant, inpigre milites perfecerunt. duobus igitur locis admoti arietes quatiebant muros.

XXIX. Nec ab Samaeis quidquam, quo aut opera, aut hostis arceri posset, praeter-

poli, diedero ostaggi, venti ciascuno, i Nesioti, i Cranii, i Palesi e i Samei. Avea balenato agli occhi de' Cefallenj la pace fuor di loro speranza, quando all' improvviso, ed è incerto per qual cagione, una città ribellossi, quella de' Samei. Perchè la lor terra era posta in luogo opportuno, dicevano aver temuto, che i Romani non gli obbligassero a lasciarla; del resto o si abbiano essi infinta questa paura, sagrificando per vano timore la quiete, o la cosa discorsa tra' Romani giunta sia agli orecchi loro, non se ne sa il vero: se non che, avendo già consegnati gli ostaggi, all' improvviso chiusero le porte; e nè anche alle preghiere de' suoi (chè il console avea mandati gli ostaggi medesimi sotto le mura a tentar di destare la compassione de' congiunti e de' terrazzani) vollero desistere dall' impresa. Quindi non venendo risposte pacifiche, si cominciò a combattere la città. Aveva il console tutto l' apparato degli stromenti e delle macchine trasportate dall' assedio di Ambracia; e i soldati compierono indefessamente tutti i lavori, che occorrevano. In due luoghi pertanto gli arieti accostati squassavano le mura.

XXIX. Nè tralasciarono i Samei tutto ciò, con che si potesse nuocere alle opere

ed ai nemici. Resistevano però con due cose massimamente; una, costruendo sempre internamente un valido muro in luogo dell'abbattuto; l'altra, con subitane sortite ora contro i lavori, ora contro le poste nemiche; e in codesti combattimenti per lo più rimanevano superiori. Si inventò a frenarli cosa appena degna di ricordanza. Si fe' venire da Egio, da Patri e da Dime cento frombolieri. Costoro sin da fanciulli, per cotale usanza del paese, si esercitavano a scagliar colla fionda su per l'aperto mare de' ciottoli rotondi, di che mescolatamente alla sabbia son pieni que' lidi; ond'è che traggono più lontano, più giusto con più valido colpo, che lo stesso frombolière Balearico; e la lor fionda non è di una semplice coreggia, come la Balearica e quella d'altri popoli; ma lo scudicciuolo è triplice, assodato con ispesse cuciture, acciocchè per avventura floscia essendo la coreggia, la ghianda nel gittarla non giri, ma poi che librossi fermamente, scocchi quasi scagliata da corda. Avvezzi a trapassare un cerchio di piccola grandezza anche da molta lontananza, non solamente colpivan nel capo a' nemici, ma in qualunque parte del viso, a cui mirassero. Codeste fionde ritennero i Samei, che non uscisser fuori nè sì spesso, nè sì ardita-

missum est. duabus tamen maxime resistebant rebus: una, interiorem semper juxta validum pro diruto novum obstruentes murum; altera, eruptionibus subitis, nunc in opera hostium, nunc in stationes. et plerumque iis proeliis superiores erant. Una ad coërcendos inventa haud magna memoratu res est. Centum funditores ab Aegio et Patris et Dymis adciti. A pueris ii, more quodam gentis, saxis globosis, quibus ferme arenae inmixtis strata litora sunt, funda mare apertum incessentes, exercebantur. itaque longius certiusque et validiore ictu, quam Baliaris funditor, eo telo usi sunt. et est non simplicis habenae, ut Baliarica aliarumque gentium funda: sed triplex scutale, crebris suturis duratum, ne fluxa habena volutetur in jactu glans; sed, librata quum sederit, velut nervo missa excutiatur. coronas modici circuli magno ex intervallo loci adsueti trajicere, non capita solum hostium vulnerabant, sed quem locum destinassent oris. Eae fundae Samaeos cohibuerunt, ne tam crebro, neve tam audacter erumperent: adeo ut precarentur ex mu-

ris Achaeos, ut parumper abscederent; et se, cum Romanis stationibus pugnantes, quiete spectarent. Quatuor menses obsidionem Same sustinuit. quum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent, aut vulnerarentur, et, qui superarent, fessi et corporibus, et animis essent; Romani nocte per arcem, quam Cyatidem vocant, (nam urbs, in mare devexa, in occidentem vergit) muro superato, in forum pervenerunt. Samaei, postquam captam urbis partem ab hostibus senserunt, cum conjugibus ac liberis in majorem refugerunt arcem. inde postero die dediti, direpta urbe, sub corona omnes venierunt.

XXX. Consul, compositis rebus Cephalleniae, praesidio Samae inposito, in Peloponnesum, jam diu arcessentibus Aegiensibus maxime ac Lacedaemoniis, trajecit. Aegium, a principio Achaïci concilii, semper conventus gentis indicti sunt; seu dignitati urbis id, seu loci opportunitati datum est. hunc morem Philopoemen eo primum anno labefactare conatus, legem parabat ferre, ut in omnibus civitatibus, quae Achaïci concilii

mente; a segno che dalle mura pregarono gli Achei, che si ritirassero alquanto e stessero quieti a vederli combattere colle poste de' nemici. Quattro mesi sostenne Same l'assedio. Ogni dì rimanendo morti o feriti alcuni di loro già ridotti a poco numero, e quelli, che restavano, rifiniti essendo d'animo e di corpo, i Romani una notte, superato il muro, per la rocca, detta Ciatide, (perciocchè la città, dove cala verso il mare, guarda il ponente) giunsero in su la piazza. I Samei, poi che sentirono presa dal nemico una parte della città, con le mogli e co' figliuoli si ricoverarono nella rocca maggiore; poscia il dì seguente arrendutisi, messa a sacco la città, furono tutti venduti all'asta.

XXX. Il console, composte le cose di Cefallenia, messo presidio a Same, passò nel Peloponneso, chiamatovi specialmente da gran tempo da quelli d'Egio e di Sparta. In Egio sempre, sin dal principio della lega Achea, si radunaron le diete della nazione; o si desse questo alla nobiltà della terra, o alla comodità del luogo. Il qual uso tentando in quest'anno per la prima volta Filopomene di alterare, meditava di proporre una legge, che le diete si tenessero a vicenda in tutte

le città appartenenti alla lega Achea; e in su la venuta del console, avendo i Damiurgi, che sono il primo magistrato delle città, intimata la dieta in Egio, Filopomene (allora pretore) la intimò in Argo. Dove scorgendosi, che si sarebbon tutti recati, anche il console, quantunque favorisse le ragioni di Egio, venne ad Argo; e quivi essendosi disputato, e vedendo egli, che la cosa piegava al parere di Filopomene, cessò d'insistere. Poscia i Lacedemoni lo rivolsero alle lor contese. I fuorusciti tenevano in travaglio quella città; la maggior parte de' quali abitava ne' castelli marittimi della Laconia, che aveano sottratta a Sparta. Il che mal soffrendo i Lacedemoni, ed anche per avere da qualche parte un accesso libero al mare, se accadesse di mandare ambasciatori a Roma o altrove, e insieme per avere un emporio e ricetto delle merci forastiere pe' gli usi necessarj, avendo di notte assalita la borgata marittima, detta Lan, improvvisamente la occuparono. I borghigiani, e i fuorusciti, che quivi abitavano, rimasero dapprima pel subito caso atterriti; poscia, radunatisi sul far del giorno, scacciarono con leggero sforzo i Lacedemoni. Nondimeno tutta la costa marittima fu colta da

essent, in vicem conventus agerentur. et sub adventum consulis, Damiurgis civitatium, qui summus est magistratus, Aegium evocantibus, Philopoemen (praetor tum erat) Argos conventum edixit. quo quum adpareret omnes fere conventuros, consul quoque, quamquam Aegiensium favebat caussae, Argos venit: ubi quum disceptatio fuisset, et rem inclinatam cerneret, incepto destitit. Lacedaemonii deinde eum in sua certamina averterunt. Sollicitam eam civitatem exsules maxime habebant: quorum magna pars in maritimis Laconicae orae castellis, quae omnis adeınta erat, habitabant. id aegre patientes Lacedaemonii, ut aliqua liberum ad mare haberent aditum, si quando Romam aliove quo mitterent legatos, simulque ut emporium et receptaculum peregrinis mercibus ad necessarios usus esset, nocte adorti vicum maritimum, nomine Lan, inproviso occupavere. Vicani, quique ibi exsules habitabant, primo inopinata re territi sunt: deinde, sub lucem congregati, levi certamine expulerunt Lacedaemonios. terror tamen omnem maritimam oram pervasit: lega-

tosque communiter, et castella omnia vicique, et exsules, quibus ibi domicilia erant, ad Achaeos miserunt.

XXXI. Philopoemen praetor, jam inde ab initio exsulum caussae et amicus, et auctor semper Achaeis minuendi opes et auctoritatem Lacedaemoniorum, concilium querentibus dedit. decretumque, eo referente, factum est, *Quum in fidem Achaeorum tutelamque T. Quinctius et Romani Laconicae orae castella et vicos tradidissent, et, quum abstinere his ex foedere Lacedaemonii deberent, Las vicus obpugnatus esset, caedesque ibi facta; qui ejus rei auctores adfinesque essent, nisi dederentur Achaeis, violatum videri foedus.* Ad exposcendos eos legati extemplo Lacedaemonem missi sunt. Id imperium adeo superbum et indignum Lacedaemoniis visum est, ut, si antiqua civitatis fortuna esset, haud dubie arma extemplo capturi fuerint. maxime autem consternavit eos metus, si semel primis imperiis obediendo jugum accepissent, ne, id quod jam diu moliretur, Philopoemen exsulibus Lacedaemonem tra-

terrore; e tutti i castelli e borghi, non che i fuorusciti quivi alloggiati, spedirono ambasciatori agli Achei.

XXXI. Il pretore Filopomene, già sin da principio amico della causa de' fuorusciti e sempre autore agli Achei, che scemassero la potenza e l'autorità de' Lacedemoni, diede udienza nella dieta agli ambasciatori venuti a querelarsi; e a di lui riferta fu decretato, *che avendo Tito Quinzio ed i Romani consegnato alla fede e tutela degli Achei i castelli e i borghi della spiaggia Laconica, e mentre dovevano i Lacedemoni, secondo il convenuto, astenersi dal molestarli, essendo stato invece espugnato il borgo Lan e commessovi parecchie stragi, se gli autori e complici di quel fatto non fossero consegnati agli Achei, si terrebbe come rotto l'accordo.* E subito a chiederne la consegna si spedirono ambasciatori a Lacedemone. Questo comando parve così superbo ed oltraggiante ai Lacedemoni, che se Sparta fosse stata nell' antico suo vigore, avrebbono senza dubbio preso di subito l'armi; ma quel che più costernolli si fu il timore, che se accettassero il giogo, cominciando ad ubbidire a' primi comandi, Filopomene, cosa che già da gran tempo meditava, non

consegnasse Lacedemone a' fuorusciti. Furenti dunque per lo sdegno, uccisi trenta cittadini della fazione, che avean tenuto qualche pratica con Filopomene e co' fuorusciti, decretarono, che si rinunziasse all' alleanza cogli Achei e si mandassero subito ambasciatori a Cefallenia, i quali dessero Lacedemone al console Marco Fulvio ed ai Romani; e lo pregassero, che venisse nel Peloponneso a ricevere Lacedemone sotto la dominazione e fede del popolo Romano.

XXXII. Com' ebbero gli ambasciatori riportata la cosa agli Achei, per consentimento di tutte le città, ch' erano intervenute alla dieta s' intimò la guerra ai Lacedemoni; il verno impedì, che non la si facesse subito. Nondimeno fu dato il guasto ai lor confini con piccole scorrerie, a guisa più di ladroneccio che di guerra; nè per terra solamente, ma eziandio per mare. Questa sommossa trasse il console nel Peloponneso; ed intimata d' ordine suo una dieta ad Eli, i Lacedemoni vi furono chiamati a dir loro ragioni. Fu quivi grande disputa non solamente, ma eziandio alterco; su di che avendo il console, accarezzando destramente l' una parte e l' altra, detto cose vaghe soltanto, però con una sola

deret. Furentes igitur ira, triginta hominibus ex factione, cum qua consiliorum aliqua societas Philopoemeni atque exsulibus erat, interfectis, decreverunt, renunciandam societatem Achaeis, legatosque extemplo Cephalleniam mittendos, qui consuli M. Fulvio, quique Romanis Lacedaemonem dederent; orarentque eum, ut veniret in Peloponnesum ad urbem Lacedaemonem in fidem ditionemque populi Romani accipiendam.

XXXII. Id ubi legati ad Achaeos retulerunt, omnium civitatium, quae ejus concilii erant, consensu bellum Lacedaemoniis indictum est. ne extemplo gereretur, hiems inpediit. Incursionibus tamen parvis, latrocinii magis quam belli modo, non terra tantum, sed etiam navibus a mari fines eorum vastati. Hic tumultus consulem in Peloponnesum adduxit; jussuque ejus Elin concilio indicto, Lacedaemonii ad disceptandum adciti. Magna ibi non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit. cui consul, quum alia, satis ambitiose partem utramque fovendo, incerta respon-

disset, una denunciatione, ut bello abstinerent, donec Romam legatos ad senatum misissent, finem inposuit. Utrimque legatio missa Romam est. exsules quoque Lacedaemoniorum suam caussam legationemque Achaeis injunxerunt. Diophanes et Lycortas, Megalopolitani ambo, principes legationis Achaeorum fuerunt. qui, dissidentes in republica, tum quoque minime inter se convenientes orationes habuerunt. Diophanes senatui disceptationem omnium rerum permittebat: eos optime controversias inter Achaeos ac Lacedaemonios finituros esse. Lycortas ex praeceptis Philopoemenis postulabat, ut Achaeis ex foedere ac legibus suis, quae decressent, agere liceret: libertatemque sibi inlibatam, cujus ipsi auctores essent, praestarent. Magnae auctoritatis apud Romanos tum gens Achaeorum erat: novari tamen nihil de Lacedaemoniis placebat. ceterum responsum ita perplexum fuit, ut et Achaei sibi de Lacedaemone permissum acciperent; et Lacedaemonii non omnia concessa iis interpre-

intimazione fece fine, che si astenessero dalla guerra sino a che avessero spedito ambasciatori a Roma al senato. Si mandarono ambasciatori d'ambe le parti; anche i fuorusciti Lacedemoni raccomandarono la loro causa ed ambasciata agli Achei. Capi dell'ambasceria degli Achei furono Diofane e Licorta, ambedue di Megalopoli; i quali, già discordi tra loro negli affari della repubblica, anche in questo caso tennero discorsi, che non si accordavano punto. Diofane rimetteva al senato la decisione di ogni cosa, persuaso, che i Padri avrebbon finito egregiamente ogni contesa tra gli Achei e i Lacedemoni. Licorta, secondo le istruzioni di Filopomene, chiedeva, che fosse permesso agli Achei, secondo l'accordo e le lor leggi, dar corso a quanto avevano deliberato; e che i Romani mantenessero illibata quella libertà, che aveano essi stessi data loro. La nazione degli Achei era a quel tempo di grande autorità presso i Romani; pure non piaceva, che si facesse novità rispetto a' Lacedemoni. La risposta del resto fu cotanto ambigua, che gli Achei si ritenevano liberi affatto di condursi a lor modo rispetto ai Lacedemoni; e i Lacedemoni intendevano, che non si fosse conceduto agli Achei sopra d'essi un illimitato po-

tere; ne usarono però gli Achei superbamente e fuori d'ogni misura.

XXXIII. Filopomene è continuato nella pretura; il quale sul principio della primavera, adunato l'esercito, si accampò a' confini de' Lacedemoni. Indi mandò ambasciatori a chiedere gli autori della ribellione, promettendo, che se li consegnassero, non sarebbe molestata la città e che coloro non soffrirebbero nulla senza essere ascoltati. Tutti gli altri stettersi in silenzio per la paura; quelli, che avea nominatamente richiesti, da sè dichiararono d'esser pronti ad andare, avuta la fede dei legati, che non si farebbe uso della forza, sino a che non fossero ascoltate le lor difese. Andarono con essi anche altri illustri personaggi e per esser loro avvocati e perchè stimavano, che la causa loro fosse la causa della repubblica. Non aveano gli Achei per innanzi tratto mai seco loro i fuorusciti su le terre dei Lacedemoni, stimando, che nessuna cosa potesse alienare maggiormente gli animi di tutta la città; presentemente i fuorusciti formavano quasi soli la vanguardia di tutto l'esercito. Costoro, strettisi insieme, si fecero incontro ai Lacedemoni che venivano, alla porta del campo; e dapprima gli provocarono con improperj, poscia, insorto un altercare, infiammandosi

tarentur. hac potestate inmodice Achaei ac superbe usi sunt.

XXXIII. Philopoemeni continuatur magistratus; qui veris initio, exercitu indicto, castra in finibus Lacedaemoniorum posuit. legatos deinde misit ad deposcendos auctores defectionis, et civitatem in pace futuram, si id fecissent, pollicens, et illos nihil indicta caussa passuros. Silentium prae metu ceterorum fuit. quos nominatim depoposcerat, ipsi se ituros professi sunt; fide accepta ab legatis, vim abfuturam, donec caussam dixissent. ierunt alii etiam inlustres viri, et advocati privatis, et quia pertinere caussam eorum ad rempublicam censebant. Numquam alias exsules Lacedaemoniorum Achaei secum adduxerant in fines, quia nihil aeque alienaturum animos civitatis videbatur. tunc exercitus totius prope antesignani exsules erant. Ii venientibus Lacedaemoniis ad portam castrorum agmine facto obcurrerunt. et primo lacessere jurgiis: deinde, altercatione orta, quum accenderentur irae, ferocissimi ex-

sulum inpetum in Lacedaemonios fecerunt. Quum illi Deos et fidem legatorum testarentur, et legati et praetor submoveret turbas, et protegeret Lacedaemonios, vinculaque jam quosdam injicientes arceret, crescebat tumultu concitato turba. Et Achaei ad spectaculum primo concurrebant. deinde vociferantibus exsulibus, quae passi forent, et orantibus opem, adfirmantibusque simul, *Numquam talem occasionem habituros, si eam praetermisissent: foedus, quod in Capitolio, quod Olympiae, quod in arce Athenis sacratum fuisset, irritum per illos esse: priusquam alio de integro foedere obligarentur, noxios puniendos esse;* accensa his vocibus multitudo ad vocem unius, qui, ut ferirent, inclamavit, saxa conjecit: atque ita septemdecim, quibus vincula per tumultum injecta erant, interfecti sunt: sexaginta tres postero die comprehensi, a quibus praetor vim arcuerat, non quia salvos vellet, sed quia perire caussa indicta nolebat, objecti multitudini iratae, quum aversis auribus pauca

gli sdegni, i più feroci de' fuorusciti si scagliarono addosso ai Lacedemoni. Invocando questi gli dei e la fede dei legati, e i legati e il pretore rimovendo la turba e proteggendo i Lacedemoni e allontanando alcuni de' fuorusciti, che già cominciavano a legarli, vie più cresceva il disordine ed il tumulto. E gli Achei da principio correvano solamente a vedere; indi gridando i fuorusciti, quanto avean dovuto soffrire, e chiedendo ajuto e dicendo, *che mai non avrebbono una simile occasione, se lasciassero questa; per colpa di costoro essersi renduto vano l'accordo, che si era giurato sul Campidoglio, in Olimpia, su la rocca di Atene; innanzi, che si avesse a strignerli con nuovo accordo, doversi punire i rei;* la moltitudine accesa da queste parole, alla voce di taluno, che gridò, si uccidano, die' di piglio a' sassi; e in cotal guisa diciassette, ch'erano già stati nella mischia legati, furono uccisi; sessantatre, arrestati il giorno seguente e che il pretore avea sottratti alla furia de' fuorusciti, non perchè li volesse salvi, ma perchè non intendeva, che perissero indifesi, lasciati in balìa dell' adirata moltitudine, avendo invano dette parole ad orecchi, ch' eran chiusi,

furono tutti condannati e mandati al supplizio.

XXXIV. Messo così fatto spavento ne' Lacedemoni, fu loro primieramente ingiunto, che atterrassero le loro mura; indi, che tutti gli esterni ajuti, i quali avean militato al soldo dei tiranni, uscissero dalla Laconia; poi, che gli schiavi, ch' erano stati liberati dai tiranni (ed erano in gran numero), avanti un giorno determinato si partissero; quelli, che fossero rimasti, potessero esser presi, venduti, menati via dagli Achei. Abrogassero le leggi e gli usi di Licurgo; si avvezzassero alle leggi e agl' istituti degli Achei; così formerebbero un solo corpo con essi e si accorderebbero più facilmente in ogni cosa. Non si prestarono ad altro più volentieri, quanto ad abbattere le loro mura, nè altro di più mal grado soffrirono, quanto il ritorno de' fuorusciti. Il decreto di rimetterli fu fatto in Tegea nell' adunanza generale degli Achei; ed essendo caduta menzione, che gli ajuti esterni licenziati e quelli ch' erano stati ascritti tra i Lacedemoni (così chiamavano gli schiavi già liberati dai tiranni) erano usciti dalla città, ma vagavano sparsi pel contado, si ordinò, che prima di licenziare l' esercito, il pretore andasse

locuti essent, damnati omnes, et traditi sunt ad supplicium.

XXXIV. Hoc metu injecto, Lacedaemoniis imperatum primum, ut muros diruerent: deinde, ut omnes externi auxiliares, qui mercede apud tyrannos militassent, terra Laconica excederent: tum, uti, quae servitia tyranni liberassent, (ea magna multitudo erat) ante diem certam abirent; qui ibi mansissent, eos prehendendi, vendendi, abducendi Achaeis jus esset. Lycurgi leges moresque abrogarent. Achaeorum adsuescerent legibus institutisque. ita unius eos corporis fore, et de omnibus rebus facilius consensuros. Nihil obedientius fecerunt, quam ut muros diruerent: nec aegrius passi sunt, quam exsules reduci. Decretum Tegeae in concilio communi Achaeorum de restituendis iis factum est. et, mentione inlata, externos auxiliares dimissos, et Lacedaemoniis adscriptos (ita enim vocabant, qui a tyrannis liberati erant) urbe excessisse, in agros dilapsos; priusquam dimitteretur exercitus, ire praetorem

cum expeditis, et comprehendere id genus hominum, et vendere jure praedae placuit. Multi comprehensi venierunt. porticus ex ea pecunia Megalopoli permissu Achaeorum refecta est, quam Lacedaemonii diruerant. Et ager Belbinates, quem injuria tyranni Lacedaemoniorum possederant, restitutus eidem civitati, ex decreto vetere Achaeorum, quod factum erat, Philippo Amyntae filio regnante. Per haec velut enervata civitas Lacedaemoniorum diu Achaeis obnoxia fuit. nulla tamen res tanto erat damno, quam disciplina Lycurgi, cui per septingentos annos adsueverant, sublata.

XXXV. A concilio, ubi apud consulem inter Achaeos Lacedaemoniosque disceptatum est, M. Fulvius, quia jam in exitu annus erat, comitiorum caussa profectus Romam, creavit consules M. Valerium Messallam et C. Livium Salinatorem, quum M. Aemilium Lepidum inimicum, eo quoque anno petentem, dejecisset. Praetores inde creati Q. Marcius Philippus, M. Claudius Marcellus, C. Stertinius, C. Atinius, P. Claudius Pulcher, L. Man-

con lesta squadra e pigliasse codesta genìa e la vendesse a guisa di preda. Molti furono i pigliati e venduti; di quel danaro, con permissione degli Achei, fu rifatto a Megalopoli il portico, che vi avean rovinato i Lacedemoni. E il contado Belbinate, che i tiranni de' Lacedemoni avean posseduto contro ogni dritto, fu restituito alla medesima città, secondo l'antico decreto degli Achei, ch'era stato fatto a'tempi di Filippo, figlio di Aminta. Per codesti provvedimenti snervata in certo modo la città de' Lacedemoni, fu lungo tempo soggetta agli Achei; non le fu però nessuna cosa di tanto danno, quanto lo averle tolta la legislazione di Licurgo, alla quale s'erano assuefatti pel corso di settecent' anni.

XXXV. Dopo la dieta, dove s' era disputato avanti il console tra gli Achei e i Lacedemoni, Marco Fulvio, essendo già l' anno in sul finire, andato a Roma a causa de' comizj, nominò consoli Marco Valerio Messalla e Cajo Livio Salinatore, avendo negato il consolato a Marco Emilio Lepido suo nemico, che anche quell' anno il domandava. Indi creati furono pretori Quinto Marcio Filippo, Marco Claudio Marcello, Cajo Stertinio, Cajo Atinio, Publio Claudio Pulcro e Lucio Manlio Acidino.

Terminati i comizj, si volle, che il console Marco Fulvio tornasse nella provincia all' esercito; e a lui ed al collega suo Gneo Manlio fu prorogato il comando per un anno. In quell' anno medesimo fu riposta nel tempio di Ercole la di lui statua secondo la risposta dei decemviri, non che da Publio Cornelio sul Campidoglio un carro dorato tirato da sei cavalli coll' iscrizione: dono del console. Così vi furon messi dodici scudi dorati dagli edili curuli Publio Claudio Pulcro e Sergio Sulpicio Galba, del denaro, di cui multarono i monopolisti per la biada occultata. E l'edile della plebe, Quinto Fulvio Flacco, vi pose due statue dorate, del denaro tratto da un solo reo; chè gli aveano accusati separatamente. Il di lui collega Aulo Cecilio non condannò nessuno. I Giuochi Romani si rinovarono tre volte, i plebei cinque. Indi avendo Marco Valerio Messalla e Cajo Livio Salinatore pigliato il consolato agl' idi di marzo, consultarono il senato intorno a' pubblici affari, intorno alle provincie ed agli eserciti. Non si fe' nessuna mutazione quanto all' Etolia ed all' Asia. All' uno de' consoli fu assegnata Pisa coi Liguri, all' altro la Gallia. Fu commesso a' medesimi di accordarsi tra loro o di trarre a

lius Acidinus. Comitiis perfectis, consulem M. Fulvium in provinciam ad exercitum redire placuit; eique et collegae Cn. Manlio imperium in annum prorogatum est. Eo anno in aedem Herculis signum Dei ipsius ex decemvirorum responso, et sejuges in Capitolio aurati a P. Cornelio positi. consulem dedisse inscriptum est. Et duodecim clipea aurata ab aedilibus curulibus, P. Claudio Pulchro et Ser. Sulpicio Galba, sunt posita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt. et aedilis plebis Q. Fulvius Flaccus duo signa aurata, uno reo damnato, (nam separatim accusaverant) posuit. collega ejus A. Caecilius neminem condemnavit. Ludi Romani ter, plebeji quinquies toti instaurati. M. Valerius Messalla inde et C. Livius Salinator consulatum idibus Martiis quum inissent, de republica, deque provinciis et exercitibus senatum consuluerunt. De Aetolia et Asia nihil mutatum est. Consulibus, alteri Pisae cum Liguribus, alteri Gallia provincia decreta est. comparare inter se, aut sortiri jussi, et novos exer-

citus, binas legiones, scribere, et ut sociis Latini nominis quina dena millia peditum imperarent, et mille et ducentos equites. Messallae Ligures, Salinatori obtigit Gallia. Praetores inde sortiti sunt. M. Claudio urbana, P. Claudio peregrina jurisdictio evenit. Q. Marcius Siciliam, C. Stertinius Sardiniam, L. Manlius Hispaniam citeriorem, C. Atinius ulteriorem est sortitus.

XXXVI. De exercitibus ita placuit. e Gallia legiones, quae sub C. Laelio fuerant, ad M. Tuccium propraetorem in Bruttios traduci: et, qui in Sicilia esset, dimitti exercitum: et classem, quae ibi esset, Romam reducere M. Sempronium propraetorem. Hispaniis legiones singulae, quae tum in iis provinciis erant, decretae: et ut terna millia peditum, ducenos equites ambo praetores in supplementum sociis imperarent, secumque transportarent. Priusquam in provincias novi ma-
Anno U. C. gistratus proficiscerentur, supplicatio in tri-
564 A. C. duum pro collegio decemvirorum imperata
188. fuit in omnibus compitis, quod luce inter

sorte queste due provincie; e di levare nuovi eserciti, cioè due legioni, e di ordinare agli alleati del nome Latino quindici mila fanti e mille e duecento cavalli. Toccò a Messalla la Liguria; a Salinatore la Gallia. Indi i pretori trassero a sorte i loro governi; toccò a Marco Claudio la giudicatura urbana, a Publio Claudio la forestiera; Quinto Marcio ebbe a sorte la Sicilia, Cajo Stertinio la Sardegna, Lucio Manlio la Spagna citeriore, Cajo Atinio l' ulteriore.

XXXVI. Quanto agli eserciti si decretò, che le legioni, ch'erano state di Cajo Lelio, si trasportassero dalla Gallia a Marco Tuccio propretore ne' Bruzj; e si licenziasse l' esercito, ch' era in Sicilia; e che il propretore Marco Sempronio riconducesse a Roma la flotta, ch' era quivi stazionata. A ciascuna delle Spagne fu assegnata una legione delle due, che allora erano colà; e che ambedue i pretori ordinassero agli alleati in supplemento tre mila fanti e duecento cavalli e seco li trasportassero Innanzi che i nuovi magistrati si trasferissero nelle provincie, furono ordinate dal col- Anni
legio de' decemviri pubbliche preci di tre D. R. 564
giorni per tutte le contrade, perchè di A. C.
giorno, quasi tra la terza ora e la quar- 188.

ta, s'era oscurato il sole; e fu intimato, che si facessero sagrifizj per nove giorni, perchè piovute erano pietre sull'Aventino. I Campani, essendo stati obbligati dai censori, per decreto del senato, che s'era fatto l'anno innanzi, a farsi iscrivere nel censo di Roma (chè non si sapeva, dove fossero stati censiti prima) chiesero, che fosse loro permesso di sposarsi a cittadine Romane; e se alcuni ne avessero pigliate, le ritenessero; e che i figli nati innanzi a quel dì, fossero loro figliuoli ed eredi legittimi; ottennero l'una cosa e l'altra. Quanto ai municipj di Formio, di Fondi e di Arpino, Cajo Valerio Tappo, tribuno della plebe, promulgò una legge, che avessero dritto di suffragio (perciocchè innanzi non ne godevano). Essendosi opposti a codesta proposizione quattro tribuni della plebe, perchè non s'era fatta per autorità del senato, informati che toccava al popolo, non al senato, concedere il dritto del suffragio a chi volesse, si rimossero dall'assunto. Fu quindi adottata la legge, che i Formiani e i Fondani dessero il suffragio nella tribù Emilia, gli Arpinati nella Cornelia; e allora per la prima volta annoverati furono in quelle tribù per la legge Valeria. Il censore Marco Clau-

horam tertiam ferme et quartam tenebrae obortae fuerant. et novemdiale sacrificium indictum est, quod in Aventino lapidibus pluisset. Campani, quum eos ex senatus consulto, quod factum erat priore anno, censores Romae censeri coëgissent, (nam antea incertum fuerat, ubi censerentur) petierunt, ut sibi cives Romanas ducere uxores liceret; et, si qui prius duxissent, ut habere eas, et ante eam diem nati, uti justi sibi liberi haeredesque essent. utraque res impetrata. De Formianis Fundanisque municipibus et Arpinatibus C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgavit, uti iis suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerant civitatem) esset. Huic rogationi quatuor tribuni plebis, quia non ex auctoritate senatus ferretur, quum intercederent, edocti, populi esse, non senatus jus, suffragium, quibus velit, inpartiri, destiterunt incepto. Rogatio perlata est, ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent. atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiscito censi sunt. M. Claudius

Marcellus censor, sorte superato T. Quinctio, lustrum condidit. censa sunt civium capita ducenta quinquaginta octo millia trecenta decem et octo. Lustro perfecto, consules in provincias profecti sunt.

XXXVII. Hieme ea, qua haec Romae gesta sunt, ad Cn. Manlium, consulem primum, deinde pro consule, hibernantem in Asia, legationes undique ex omnibus civitatibus gentibusque, quae cis Taurum montem incolunt, conveniebant. et ut clarior nobiliorque victoria Romanis de rege Antiocho fuit, quam de Gallis; ita laetior sociis erat de Gallis, quam de Antiocho. Tolerabilior regia servitus fuerat, quam feritas inmanium barbarorum, incertusque in dies terror, quo velut tempestas eos populantes inferret. itaque, ut quibus libertas, Antiocho pulso, pax, Gallis domitis, data esset, non gratulatum modo venerant, sed coronas etiam aureas, pro suis quaeque facultatibus, adtulerant. Et ab Antiocho legati, et ab ipsis Gallis, ut pacis leges dicerentur, et ab Ariarathe rege Cappadocum venerunt, ad

dio Marcello, superato col favor della sorte Tito Quinzio, chiuse il lustro; si contarono duecento cinquanta otto mila trecento diciotto cittadini. Terminato il lustro, i consoli andarono alle loro provincie.

XXXVII. In quell' inverno medesimo, in cui si son fatte a Roma codeste cose, venivano da ogni parte a Gneo Manlio, prima console, poscia proconsole, che svernava in Asia, ambascerie da tutte le città e nazioni, che sono di qua dal monte Tauro; e come la vittoria, riportata sopra Antioco, fu più chiara ed illustre pe' Romani, che quella riportata sopra i Galli, così pegli alleati fu più lieta questa, che quella. Avrebbon tollerato più agevolmente la regia servitù, che la fierezza di codesti barbari crudeli e il dover temere ogni dì, nè mai sapere sin dove, quasi infuriata procella, si sarebbono spinti a saccheggiare. Quindi, come gente, cui, scacciando Antioco, s'era data la libertà, e domando i Galli, la pace, non eran venuti soltanto a congratularsi, ma avean recato seco corone d'oro, ogni città secondo sua possa. E vennero pur anche ambasciatori da Antioco e dagli stessi Galli a ricever le leggi della pace; e da Ariarate, re de' Cappadoci, a chiedere

perdono e a fare ammenda pecuniaría per aver dato ajuto ad Antioco. Ad Ariarate furono imposti seicento talenti. A' Galli fu risposto, che quando fosse tornato il re Eumene, si darebbon loro le condizioni della pace. Le ambascerie delle città, licenziate con benigne risposte, se ne tornarono più liete, che non eran venute. I legati di Antioco ebbero ordine di trasportare il danaro e il grano convenuto con Lucio Scipione nella Pamfilia; il proconsole si sarebbe colà recato coll' esercito. Indi partitosi sul principio della primavera, fatta la rassegna delle sue genti, giunse l'ottavo giorno ad Apamea; fermatosi quivi tre dì, dopo tre altri, da Apamea si recò nuovamente nella Pamfilia, dove avea comandato, che le genti del re trasportassero il danaro ed il grano. I mille e cinquecento talenti d' argento, che avea ricevuti, son portati ad Apamea; il grano è diviso all' esercito. Indi mena i suoi a Perga, la sola città, che in que'luoghi fosse tenuta da presidio regio. Al suo avvicinarsi, il comandante del presidio se gli fe' incontro, chiedendo il tempo di trenta giorni per consultare il re su la consegna della città; conceduto gli questo tempo, come fu spirato, il presidio si ritirò. Da Perga, mandato

veniam petendam, luendamqne pecunia noxam, quod auxiliis Antiochum juvisset. Huic sexcenta talenta argenti sunt imperata. Gallis responsum, quum Eumenes rex venisset, tum daturum iis leges. civitatium legationes cum benignis responsis, laetiores etiam quam venerant, dimissae. Antiochi legati pecuniam in Pamphyliam, frumentumque ex pacto cum L. Scipione foedere jussi advehere; eo se cum exercitu venturum. Principio deinde veris, lustrato exercitu, profectus, die octavo Apameam venit. ibi triduum stativis habitis, tertiis rursus ab Apamea castris in Pamphyliam, quo pecuniam frumentumque regios convehere jusserat, pervenit. mille et quingenta talenta argenti accepta Apameam deportantur. frumentum exercitui dividitur. Inde ad Pergam ducit: quae una in iis locis regio tenebatur praesidio. Adpropinquanti praefectus praesidii obvius fuit, triginta dierum tempus petens, ut regem Antiochum de urbe tradenda consuleret. dato tempore, ad eam diem praesidio decessum est. A Perga, L. Manlio fratre cum

quatuor millibus militum Oroanda, ad reliquum pecuniae ex eo, quod pepigerant, exigendum, misso, ipse, quia Eumenem regem et decem legatos ab Roma Ephesum venisse audierat, jussis sequi Antiochi legatis, Apameam exercitum reduxit.

XXXVIII. Ibi ex decem legatorum sententia foedus in haec verba fere cum Antiocho conscriptum est. *Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legibus et conditionibus esto. Ne quem exercitum, qui cum populo Romano sociisve bellum gesturus erit, rex per fines regni sui, eorumve, qui sub ditione ejus erunt, transire sinito: neu commeatu, neu qua alia ope juvato. Idem Romani sociique Antiocho, et iis, qui sub imperio ejus erunt, praestent. Belli gerendi jus Antiocho ne esto cum iis, qui insulas colunt, neve in Europam transeundi. Excedito urbibus, agris, vicis, castellis cis Taurum montem usque ad Tanaïm amnem, et a valle Tauri usque ad juga, qua in Lycaoniam vergit. Ne qua arma efferto, ex iis oppidis, agris, castellisque, quibus excedat. si qua extulit,*

il fratello Lucio Manlio con quattro mila uomini ad Oroanda a riscuotere il rimanente danaro pattuito, egli, udito avendo, ch' erano giunti da Roma ad Efeso il re Eumene e i dieci legati, detto agli ambasciatori di Antioco, che il seguitassero, ricondusse l' esercito ad Apamea.

XXXVIII. Quivi col parere dei dieci legati fu conchiusa l'alleanza con Antioco a un di presso con queste parole: *Vi sarà amicizia tra il re Antioco ed il popolo Romano con queste leggi e condizioni. Il re non lasci passare pe' confini del suo regno, o di quei, che saranno sotto il suo dominio, nessun esercito, il quale sia per fare guerra al popolo Romano, o suoi alleati; nè gli soccorra con vettovaglie, od altro checchessia. Lo stesso usino i Romani e i loro alleati con Antioco e con quelli, che saranno sotto di lui. Non abbia Antioco facoltà di muover guerra a quelli, che abitan le isole, nè di passare in Europa. Esca dalle città, terre, borghi, castella di qua dal monte Tauro sino al fiume Tanai, e dalla valle del Tauro sino alla sua cima, che guarda la Licaonia. Non asporti nessuna sorte di armi dalle fortezze, terre e castelli, da' quali uscirà;*

*e se avranne asportato, di buona fede le rimetta, dove occorrerà. Non dia ricetto a nessun soldato, nè a nessun altro del regno di Eumene. Se alcuni cittadini delle città, che si stralciano dal regno di Antioco, fossero con lui, o nelle sue terre, tutti tornino ad Apamea a un tempo determinato. Quelli del regno di Antioco, i quali sono presso i Romani e loro alleati, possano a lor piacimento rimanere o andarsene; gli schiavi o i fuggitivi o i presi in guerra e gli uomini liberi o presi o fuggitivi sieno restituiti ai Romani e loro alleati. Consegni tutti gli elefanti, nè altri se ne procacci. Consegni anche le navi lunghe e i loro attrecci, nè abbia più di dieci legni da trasporto, nessuno de' quali adoperi più di trenta remi; nè altro legno minore, per occasione di guerra, che intendesse egli di muovere. Non navighi di qua dai promontorj Calicadno o Sarpedone, eccetto se in alcun luogo portasse danaro, stipendio, ambasciatori o statichi. Non abbia dritto Antioco di trar soldati da' paesi, che sono sotto il dominio de' Romani, nè anche di accettarli, se volontarj. Le case ed altre fabbriche de' Rodiani o loro alleati, che*

*quae quoque oportebit, recte restituito. Ne militem, neu quem alium ex regno Eumenis recipito. Si qui earum urbium cives, quae regno abscedunt, cum rege Antiocho intraque fines ejus regni sunt, Apameam omnes ante diem certam redeant. Qui ex regno Antiochi apud Romanos sociosque sunt, iis jus abeundi manendique esto. Servos, seu fugitivos, seu bello captos, seu qui liber captus aut transfuga erit, reddito Romanis sociisque. Elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito et naves longas armamentaque earum: neve plures, quam decem naves actuarias, (nulla quarum plus quam triginta remis agatur) habeto: neve monerem ex belli caussa, quod ipse inlaturus erit. Neve navigato citra Calycadnum, neve Sarpedonem, promontoria: extra quam, si qua navis pecuniam, stipendium, aut legatos, aut obsides portabit. Milites mercede conducendi ex iis gentibus, quae sub ditione populi Romani sunt, Antiocho regi jus ne esto: ne voluntarios quidem recipiendi. Rhodiorum sociorumve quae aedes aedificiaque*

*intra fines regni Antiochi sunt, quo jure ante bellum fuerunt, eo Rhodiorum sociorumve sunto. Si quae pecuniae debentur, earum exactio esto. Si quid ablatum est, id conquirendi, cognoscendi, repetendique jus item esto. Si quas urbes, quas tradi oportet, ii tenent, quibus Antiochus dedit, et ex iis praesidia deducito; utique recte tradantur, curato. Argenti probi duodecim millia Attica talenta dato intra duodecim annos pensionibus aequis, (talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat) et tritici quingenta quadraginta millia modiûm. Eumeni regi talenta trecenta quinquaginta intra quinquennium dato: et pro frumento, quod aestimatione fiat, talenta centum viginti septem. Obsides Romanis viginti dato, et triennio mutato; ne minores octonûm denûm annorum, neu majores quinûm, quadragenûm. Si qui sociorum populi Romani ultro bellum inferent Antiocho, vim vi arcendi jus esto; dum ne quam urbem aut belli jure teneat, aut in amicitiam accipiat. Controversias inter se jure ac judicio disce-*

*sono dentro i confini del regno di Antioco, godano gli stessi dritti, che godevano avanti la guerra. Se son lor dovuti danari, possano riscuoterli; se fu loro tolto checchessia, abbian dritto di ricercarlo, riconoscerlo e ripeterlo. Se vi sono alcune città, di quelle che si debbono consegnare, che ritenute sieno da coloro, a' quali Antioco le diede, ne tragga fuori i presidj e si adopri, perchè sieno lealmente restituite. Dia in dodici anni, in rate eguali, dodici mila talenti Attici di buon argento (il talento non pesi meno di ottanta libbre Romane) e cinquecento quaranta mila moggia di grano. Dia pure al re Eumene, in cinque anni, trecento cinquanta talenti e cento ventisette talenti pel frumento, secondo la stima da farsi. Consegni a' Romani venti ostaggi, e ogni tre anni li cambi, non minori di diciotto anni, non maggiori di quarantacinque. Se alcuno degli alleati del popolo Romano movesse guerra ad Antioco, gli sia lecito respingere la forza con la forza, purchè non ritenga nessuna città per dritto di guerra, o la riceva in amicizia. Le controversie tra loro sieno discusse per via di ragione e civilmente, ovvero, qualora così piacesse*

*ad ambe le parti, per via di guerra.* Anche in questo trattato fu stipulata la consegna di Annibale Cartaginese, di Toante Etolo, di Mnasimaco Acarnano e dei Calcidiesi Eubolida e Filone; e checchè in appresso piacesse di aggiungere, levare, o mutare, si facesse, fermo il trattato.

XXXIX. Il console giurò l'osservanza del trattato. A ricevere il giuramento del re partirono Quinto Minucio Termo e Lucio Manlio, il quale a caso in quel tempo tornato era dagli Oroandi. E scrisse a Quinto Fabio Labeone, comandante della flotta, che andasse subito a Patara e mettesse in pezzi e bruciasse le navi regie, che vi fossero. Partitosi Labeone da Efeso ruppe o bruciò cinquanta navi coperte; in quella stessa spedizione, spaventati i terrazzani dalla subita comparsa della flotta, ricuperò Telmisso. Incontanente dalla Licia, dato ordine a quanti rimasti erano in Efeso, che il seguitassero, attraversando le isole, passò in Grecia. Fermatosi pochi dì in Atene, sino a che le navi da Efeso venissero al Pireo, ricondusse indi tutta la flotta in Italia. Gneo Manlio avendo tra l'altre cose, che ritrar doveva da Antioco, ricevuto anche gli elefanti e

*ptanto, aut, si utrisque placebit, bello.* De Hannibale Poeno, et Aetolo Thoante, et Mnasimacho Acarnane, et Chalcidensibus Eubulida et Philone, dedendis, in hoc quoque foedere adscriptum est. et ut, si quid postea addi, demi, mutarive placuisset, ut id salvo foedere fieret.

XXXIX. Consul juravit in hoc foedus. ab rege qui exigerent jusjurandum, profecti Q. Minucius Thermus et L. Manlius, qui tum forte ab Oroandis rediit. et Q. Fabio Labeoni, qui classi praeerat, scripsit, ut Patara extemplo proficisceretur; quaeque ibi naves regiae essent, concideret cremaretque. Profectus ab Epheso, quinquaginta tectas naves aut concidit, aut incendit. Telmissum eadem expeditione, territis subito adventu classis oppidanis, recepit. Ex Lycia protinus, jussis ab Epheso sequi, qui ibi relicti erant, per insulas in Graeciam trajecit. Athenis paucos moratus dies, dum Piraeeum ab Epheso naves venirent, totam inde classem in Italiam reduxit. Cn. Manlius quum inter cetera, quae accipienda ab Antiocho erant,

elephantos quoque accepisset, donoque Eumeni omnes dedisset; deinde caussas civitatium, multis inter novas res turbatis, cognovit. Et Ariarathes rex, parte dimidia pecuniae imperatae, Eumenis beneficio, cui desponderat per eos dies filiam, remissa, in amicitiam est acceptus. Civitatium autem cognitis caussis, decem legati aliam aliarum fecerunt conditionem. Quae stipendiariae regi Antiocho fuerant, et cum populo Romano senserant, iis inmunitatem dederunt: quae partium Antiochi fuerant, aut stipendiariae Attali regis, eas omnes vectigal pendere Eumeni jusserunt. nominatim praeterea Colophoniis, qui in Notio habitant, et Cymaeis, et Mylasenis inmunitatem concesserunt. Clazomeniis, super inmunitatem, et Drymusam insulam dono dederunt: et Milesiis, quem sacrum adpellant, agrum restituerunt: et Iliensibus Rhoeteum et Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria. eadem et Dardanum liberandi caussa fuit. Chios quoque, et Smyrnaeos, et Erythraeos, pro singulari fide, quam eo bello

regalatili tutti ad Eumene, si die' di poi a conoscere le cause delle città, molte delle quali erano scompigliate per le accadute novità. E il re Ariarate, rilasciatagli per amore di Eumene la metà del danaro impostogli, al quale avea quel re sposata in que' dì la figliuola, fu accettato nell'amicizia de' Romani. Riconosciute pertanto le cause delle città, dieci legati regolarono diversamente la sorte di quelle e di queste. A quelle, che avean pagato tributo al re Antioco ed erano state del partito Romano, diedero l'immunità; quelle, che avean seguito Antioco, o avean pagato tributo al re Attalo, vollero, che tutte queste il pagassero ad Eumene. Inoltre concedettero nominatamente l'immunità ai Colofonj, che abitano in Nozio, ai Cimei ed ai Milasenj. Oltre l'immunità diedero in dono ai Clazomenj anche l'isola Drimusa e restituirono ai Milesj il territorio che chiamano sacro; ed aggiunsero agli Iliesi Reteo e Gergito, non tanto pe' recenti loro meriti, quanto in memoria della comune origine; questa stessa fu la cagione di liberare Dardano. Anche a' Chii, agli Smirnei ed Eritrei, per la singolare lor fede in questa guerra, donarono alquante terre e

gli onorarono quanto mai. Si restituì ai Focesi il territorio, che aveano avuto avanti la guerra; e si permise, che usassero le antiche lor leggi. Si confermò a' Rodiani tutto quello, ch'era stato lor conceduto nell' antecedente decreto; e furon date la Licia e la Caria sino al fiume Meandro, escluso Telmisso. Aggiunsero al re Eumene il Chersoneso in Europa, e Lisimachia e i castelli, borghi, terreni dentro i confini, ne' quali gli avea posseduti Antioco; gli restituirono in Asia l' una e l' altra Frigia, (una presso all' Ellesponto, l' altra detta maggiore) non che la Misia, che gli avea tolta il re Prusia; e parimenti la Licaonia e Miliada e la Lidia e nominatamente le città di Tralle, di Efeso e Telmisso. Essendo insorta questione rispetto alla Pamfilia tra Eumene e i legati di Antioco, perchè una parte stava di qua e una parte di là dal monte Tauro, ne fu rimessa la decisione al senato.

XL. Firmati questi trattati e decreti, Manlio, partitosi alla volta dell' Ellesponto co' dieci legati e con tutto l'esercito, chiamati colà i capi de' Galli, dettò le leggi, secondo le quali si stessero in pace con Eumene; e intimò loro, che mettes-

praestiterunt, et agro donarunt, et in omni praecipuo honore habuerunt. Phocaeensibus et ager, quem ante bellum habuerant, redditus; et, ut legibus antiquis uterentur, permissum. Rhodiis adfirmata, quae data priore decreto erant; Lycia et Caria datae usque ad Maeandrum amnem, praeter Telmissum. Regi Eumeni Chersonesum in Europa et Lysimachiam, castella, vicos, agros, quibus finibus tenuerat Antiochus, adjecerunt: in Asia Phrygiam utramque, (alteram ad Hellespontum, majorem alteram vocant) et Mysiam, quam Prusias rex ademerat, ei restituerunt: et Lycaoniam, et Milyada, et Lydiam, et nominatim urbes Tralles, atque Ephesum, et Telmissum. De Pamphylia disceptatum inter Eumenem et Antiochi legatos quum esset; quia pars ejus citra, pars ultra Taurum est, integra res ad senatum rejicitur.

XL. His foederibus decretisque datis, Manlius, cum decem legatis omnique exercitu ad Hellespontum profectus, evocatis eo regulis Gallorum, leges, quibus pacem cum Eumene servarent, dixit; denunciavitque, ut

morem vagandi cum armis finirent, agrorumque suorum terminis se continerent. Contractis deinde ex omni ora navibus, et Eumenis etiam classe per Athenaeum fratrem regis ab Elaea adducta, copias omnes in Europam trajecit. inde, per Chersonesum modicis itineribus grave praeda omnis generis agmen trahens, Lysimachiae stativa habuit; ut quam maxime recentibus et integris jumentis Thraciam, per quam iter vulgo horrebant, ingrederetur. Quo profectus est ab Lysimachia die, ad amnem, Melana quem vocant, inde postero die Cypsela pervenit. a Cypselis via decem millium fere silvestris, angusta, confragosa excipiebat. propter cujus difficultatem itineris in duas partes divisus exercitus. et praecedere una jussa, altera magno intervallo cogere agmen, media inpedimenta interposuit: plaustra cum pecunia publica erant, pretiosaque alia praeda. Itaque, quum per saltum iret, Thracum decem haud amplius millia ex quatuor populis, Astii, et Caeni, et Maduateni, et Coreli, ad ipsas angustias viam circumsederunt. Opinio erat, non sine Philippi

sero fine all' usanza di andar vagando in arme e si stessero dentro i confini delle lor terre. Indi raccolti navigli da tutta la costa e venuta anche da Elea la flotta di Eumene, condotta da Ateneo, fratello del re, trasportò tutte le sue genti in Europa. Di là traendosi dietro a piccole giornate pel Chersoneso l' esercito grave d' ogni sorta di preda, si fermò alcun poco in Lisimachia, onde entrar nella Tracia, per cui comunemente aborrivano i suoi di passare, co' giumenti freschi e vegeti più che potesse. Il giorno, che partì da Lisimachia, arrivò al fiume detto Melana; il dì seguente a Cipsela. Da Cipsela entrarono in una via di quasi dieci miglia, selvosa, angusta e rotta, per la cui malagevolezza l' esercito fu diviso in due parti; e fatto, che una precedesse, l'altra a grande intervallo chiudesse l' ordinanza, frappose nel mezzo gl' impedimenti; ci erano i carri col pubblico danaro e l' altra preda di gran valore. Camminando per codeste strettezze, dieci mila uomini, e non più, dei quattro popoli della Tracia, Astii, Ceni, Maduateni e Coreli, fecero un' imboscata presso le strettezze medesime. Era opinione, che ciò si fosse fatto non senza

intelligenza di Filippo re de' Macedoni; aver egli saputo, che i Romani non sarebbon tornati per altra via che per la Tracia, e quanto gran danaro seco portavano. Nella prima schiera stava il supremo comandante, non senza pensiero per la difficoltà del cammino. I Traci non si mossero punto sino a tanto che gli armati passarono; come videro, che i primi avean superate le strettezze e che gli ultimi non ancora si avvicinavano, piombano addosso agl' impedimenti e bagagli, e ammazzatine i custodi, mettonsi parte a saccheggiare i carri, parte a menar via i giumenti colle lor some. Quindi, poi che le grida giunsero primieramente a quelli, che seguivano, indi eziandio agli altri della prima schiera, da una parte e dall' altra si corre al mezzo e si appicca in più luoghi ad un tempo disordinata battaglia. La stessa preda offre alla strage i Traci, impacciati, com' erano, dai carichi e la maggior parte disarmati, onde aver le mani vote a rapire; facea danno a' Romani la malvagità de' luoghi, correndo loro addosso i barbari da noti sentieri e talvolta appiattati nelle cavità delle valli; le some e i carri stessi, frapposti, come vuole il caso, tra questi e quelli, sono

regis Macedonum fraude id factum. eum scisse, non alia, quam per Thraciam, redituros Romanos, et quantam pecuniam secum portarent. In primo agmine imperator erat, sollicitus propter iniquitatem locorum. Thraces nihil se moverunt, donec armati transirent. postquam primos superasse angustias viderunt, postremos nondum adpropinquantes, inpedimenta et sarcinas invadunt. caesisque custodibus,partim eas quae in plaustris erant, diripere, partim sub oneribus jumenta abstrahere. Unde postquam clamor primum ad eos, qui, jam ingressi saltum, sequebantur, deinde etiam ad primum agmen est perlatus, utrimque in medium concurritur, et inordinatum simul pluribus locis proelium conseritur. Thracas praeda ipsa inpeditos oneribus, et plerosque (ut ad rapiendum manus vacuas haberent) inermes, ad caedem praebet; Romanos iniquitas locorum, barbaris per calles notos obcursantibus, et latentibus interdum per cavas valles, prodebat. ipsa etiam onera plaustraque, ut fors tulit, his aut illis incommode objecta, pugnantibus

inpedimento sunt: alibi praedo, alibi praedae vindex cadit. Prout locus iniquus aequusve his aut illis, prout animus pugnantium est, prout numerus, (alii enim pluribus, quam ipsi erant, alii paucioribus, obcurrerant) varia pugnae fortuna est. multi utrimque cadunt. Jam nox adpetebat, quum proelio excedunt Thraces, non fuga vulnerum aut mortis, sed quia satis praedae habebant.

XLI. Romanorum primum agmen extra saltum circa templum Bendidium castra loco aperto posuit: pars altera ad custodiam inpedimentorum medio in saltu, duplici circumdata vallo, mansit. Postero die, prius explorato saltu, quam moverent, primis se conjungunt. In eo proelio, quum et inpedimentorum pars et calonum, et milites aliquot, quum passim toto prope saltu pugnaretur, cecidissent, plurimum Q. Minucii Thermi morte damni est acceptum, fortis ac strenui viri. Eo die ad Hebrum flumen perventum est. inde Aeniorum fines praeter Apollinis, Zerynthium quem vocant incolae, templum

d'impaccio ai combattenti; qui cade chi fe' la preda, colà chi vuole riaverla. Secondo, che il luogo è svantaggioso o favorevole a questi o a quelli, secondo il coraggio de' combattenti, secondo il numero (che altri s'imbattevano in maggiore, altri in minor numero di nemici, ch'essi non erano) varia è la sorte della pugna; molti però ne cadono d'ambe le parti. Già la notte si avvicinava, quando i Traci si ritirano, non per tema di ferite, o di morte, ma perchè già paghi della preda fatta.

XLI. La prima schiera de' Romani, uscita dalle strettezze, si accampò in luogo aperto presso al tempio Bendidio; l'altra parte rimase nel mezzo del bosco a custodire i bagagli, circondata da doppio steccato; il dì seguente, esplorato tutto il bosco innanzi che si movessero, si riuniscono a' primi. Essendosi perduta in quella zuffa parte de' bagagli e de' saccomanni ed alquanti soldati, poichè bisognò combattere qua e colà sparsamente per tutta la boscaglia, il maggior danno s' ebbe dalla morte di Quinto Minucio Termo, uomo gagliardo e coraggioso. In quel dì si venne al fiume Ebro; indi superano i confini degli Enj di là dal tempio di Apollo, detto da' paesani Zerintio.

Altre strettezze trovarono intorno a Tempira, così chiamano quel luogo, nè men aspre delle prime; ma perchè non ci son boscaglie d'intorno, non danno opportunità agli agguati. Quivi accorsero, colla stessa speranza di predare, i Trausi, popoli anch'essi della Tracia; ma perchè le valli ignude facevano, che si potesse vederli da lungi appostati ne'passi stretti, fu assai minore la paura e lo scompigliamento dei Romani; perciocchè quantunque in luogo svantaggioso, pure si aveva a combattere in battaglia ordinata, a schiere distese, a bandiere spiegate. I Romani, procedendo stretti insieme, piombando addosso a costoro con grandi grida, primieramente li cacciaron di luogo, poi li misero in volta; indi si cominciò a farne strage, impediti nella fuga dalle angustie stesse de' luoghi. I Romani vincitori si accamparono presso alla borgata de' Maroniti, che chiamano Sare. Il dì seguente per aperto cammino la pianura Priatica gli accolse, e stettersi quivi tre giorni a ricevere il frumento, parte somministrato dagli stessi Maroniti, parte dalle loro navi, che li seguitavano con ogni sorte di vettovaglie. Da questo luogo ad Apollonia non fuvvi che una giornata; indi a traverso del contado de-

superant. Aliae angustiae circa Tempyra excipiunt, (hoc loco nomen est) nec minus confragosae, quam priores: sed, quia nihil silvestre circa est, ne latebras quidem ad insidiandum praebent. Huc ad eamdem spem praedae Thrausi (gens et ipsa Thracum) convenere: sed, quia nudae valles, procul ut conspicerentur angustias obsidentes, efficiebant, minus terroris tumultusque fuit apud Romanos. quippe etsi iniquo loco, proelio tamen justo, acie aperta, conlatis signis dimicandum erat. Conferti subeuntes cum clamore, inpetu facto, primum expulere loco hostes; deinde avertere. fuga inde caedesque, suis ipsos inpedientibus angustiis, fieri coepta est. Romani victores ad vicum Maronitarum (Saren adpellant) posuerunt castra. postero die patenti itinere Priaticus campus eos excepit; triduumque ibi, frumentum accipientes, manserunt, partim ex agris Maronitarum, conferentibus ipsis, partim ex navibus suis, quae cum omnis generis commeatu sequebantur. Ab stativis diei via Apolloniam fuit. hinc per Abderitarum

agrum Neapolim perventum est. Hoc omne per Graecorum colonias pacatum iter fuit. reliquum inde per medios Thracas, dies noctesque, etsi non infestum, suspectum tamen, donec in Macedoniam pervenerunt. Mitiores Thracas idem exercitus, quum a Scipione eadem via duceretur, habuerat, nullam ob aliam caussam, quam quod praedae minus, quod peteretur, fuerat. Quamquam tum quoque Claudius auctor est, ad quindecim millia Thracum, praecedenti ad exploranda loca agmen Mutini Numidae obcurrisse. quadringentos equites fuisse Numidas, paucos elephantos. Mutinis filium per medios hostes cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse. eumdem mox, quum jam Mutines, in medio elephantis conlocatis, in cornua equitibus dispositis, manum cum hoste conseruisset, terrorem ab tergo praebuisse. atque inde turbatos equestri velut procella hostes ad peditum agmen non accessisse. Cn. Manlius per Macedoniam in Thessaliam exercitum traduxit. inde per Epirum Apolloniam quum pervenisset, nondum adeo hiberno

gli Abderiti si venne a Neapoli. Tutto questo cammino per le colonie greche fu tranquillo; il rimanente, di dì e di notte per mezzo a' Traci, benchè non molestato, fu però sospetto sino a che giunsero in Macedonia. Questo stesso esercito, condotto da Scipione per la medesima strada, avea trovato i Traci più miti, non per altra ragione, se non se perchè c' era allora manco preda da sperare. Sebbene Claudio scrive essersi anche allora da quindici mila Traci fatti incontro al Numida Mutina, che precedeva l' esercito a riconoscere i luoghi; non essere stati i Numidi più di quattrocento cavalli e pochi elefanti; il figlio di Mutina essersi scagliato in mezzo a' nemici con cento e cinquanta scelti cavalieri; poco di poi, come Mutina, posti nel centro gli elefanti e disposti sulle ale i cavalli, ebbe appiccata la zuffa, aver egli assaltato i Traci alle spalle; e che quindi i nemici, scompigliati da questa quasi equestre procella, non eransi accostati alle schiere de' fanti. Gneo Manlio, passando pel mezzo della Macedonia, condusse l' esercito in Tessaglia; indi essendo giunto per l' Epiro in Apollonia, non disprezzando ancora il mare jemale sì fat-

tamente, che osasse passarlo, svernò in Apollonia.

XLII. Quasi sul finire dell' anno il console Marco Valerio dalla Liguria venne a Roma a fare i nuovi magistrati, non avendo fatto cosa nel suo governo, che gli valesse di lodevole scusa, perchè
Anni D. R. 565 A. C. 189. venuto fosse così tardi a' comizj. Si tennero i comizj per la elezione de' consoli avanti il giorno duodecimo delle calende di Marzo. Furono eletti Marco Emilio Lepido e Cajo Flaminio. Il dì seguente creati furono pretori Appio Claudio Pulcro, Sergio Sulpicio Galba, Quinto Terenzio Culleone, Lucio Terenzio Massiliota, Quinto Fulvio Flacco e Marco Furio Crassipede. Finiti i comizj, il console propose al senato, quali provincie assegnar volesse a' pretori. Due ne decretarono a Roma a render ragione, due fuori d' Italia, la Sicilia e la Sardegna; due in Italia, Taranto e la Gallia; e fu loro ingiunto, che subito prima che pigliassero il magistrato, le tirassero a sorte. Ebbe quindi Sergio Sulpicio la giurisdizione urbana, Quinto Terenzio la forestiera, Lucio Terenzio la Sicilia, Quinto Fulvio la Sardegna, Appio Claudio Taranto, Marco Furio la Gallia. In quest' anno Lucio Minucio Mirtilo e Lucio

contemto mari, ut trajicere auderet, Apolloniae hibernavit.

XLII. Exitu prope anni M. Valerius consul ex Liguribus ad magistratus subrogandos Romam venit, nulla memorabili in provincia re gesta, ut ea probabilis morae caussa esset, quod solito serius ad comitia venisset. Comitia consulibus rogandis fuerunt ante diem duodecimum Kalendas Martias. creati M. Aemilius Lepidus, C. Flaminius. Postero die praetores facti Ap. Claudius Pulcher, Ser. Sulpicius Galba, Q. Terentius Culleo, L. Terentius Massiliota, Q. Fulvius Flaccus, M. Furius Crassipes. Comitiis perfectis, quas provincias praetoribus esse placeret, retulit ad senatum consul. decreverunt duas Romae, juris dicundi caussa; duas extra Italiam, Siciliam et Sardiniam; duas in Italia, Tarentum et Galliam. et extemplo, priusquam inirent magistratum, sortiri jussi. Ser. Sulpicius urbanam, Q. Terentius peregrinam est sortitus. L. Terentius Siciliam, Q. Fulvius Sardiniam, Ap. Claudius Tarentum, M. Furius Galliam. Eo anno L. Minucius Myrtilus

Anno U. C. 565 A. C. 189.

et L. Manlius, quod legatos Karthaginienses pulsasse dicebantur, jussu M. Claudii praetoris urbis per fetiales traditi sunt legatis, et Karthaginem avecti. In Liguribus magni belli, et gliscentis in dies magis, fama erat. itaque consulibus novis, quo die de provinciis et de republica retulerunt, senatus utrisque Ligures provinciam decrevit. Huic senatusconsulto Lepidus consul intercedebat, *Indignum esse* praedicans, *consules ambos in valles Ligurum includi. M. Fulvium et Cn. Manlium biennium jam, alterum in Europa, alterum in Asia, velut pro Philippo atque Antiocho substitutos, regnare. Si exercitus in his terris esse placeat, consules iis potius, quam privatos, praeesse oportere. Vagari eos cum belli terrore per nationes, quibus bellum indictum non sit, pacem pretio venditantes. Si eas provincias exercitibus obtinere opus esset; sicut M.' Acilio L. Scipio consul, L. Scipioni M. Fulvius et Cn. Manlius successissent consules; ita Fulvio Manlioque C. Livium et M. Valerium consules debuisse suc-*

Manlio, perchè si diceva, che avessero percosso gli ambasciatori Cartaginesi, per ordine del pretore urbano Marco Claudio consegnati furono dai feciali ai legati Cartaginesi e tradotti a Cartagine. Si parlava di una guerra grande e ogni dì più minacciosa nella Liguria; ond'è che il senato, il dì che fu consultato dai nuovi consoli intorno alle provincie ed allo stato della repubblica, assegnò ad ambedue la Liguria. Si opponeva a questo decreto il console Lepido, dicendo, *esser cosa indegna, che ambedue i consoli confinati fossero nelle valli della Liguria. Già da due anni Marco Fulvio e Gneo Manlio, quasi sostituiti in luogo di Filippo e di Antioco, regnavano uno in Europa e l'altro in Asia. Se si vuole, che gli eserciti si rimangano in que' paesi, debbono essere comandati piuttosto dai consoli, che da uomini privati; andavan essi col terrore dell'armi vagando per nazioni, alle quali non fu intimata la guerra, vendendo la pace a prezzo. Se fosse d'uopo ritenere cogli eserciti quelle provincie, avrebbon dovuto succedere i consoli Cajo Livio e Marco Valerio a Fulvio, ed a Manlio, com'era succeduto a Manio Acilio il console Lucio Scipione e a Lucio Sci-*

*pione i consoli Marco Fulvio e Gneo Manlio; ora certamente, finita la guerra Etolica, avuta l' Asia da Antioco, vinti i Galli, o si doveano mandare i consoli agli eserciti consolari, o richiamar le legioni e restituirle finalmente alla repubblica.* Il senato, udito questo, perseverò nondimeno nel parere, che amendue i consoli comandassero nella Liguria; piacque bensì, che Manlio e Fulvio si partissero dalle loro provincie, ne ritraessero gli eserciti e tornassero a Roma.

XLIII. Era inimicizia tra Marco Fulvio e il console Marco Emilio; e tra le altre cagioni Emilio stimava d' essere stato fatto console due anni più tardi per opera di Marco Fulvio; quindi a suscitargli odio introdusse in senato gli ambasciatori di Ambracia, avendoli subornati ad accusarlo. Lagnavansi, *che essendo in pace ed avendo eseguiti gli ordini de' consoli antecedenti ed essendo presti egualmente a quelli di Marco Fulvio, questi avea primieramente a mano armata devastate le campagne e messa la città in paura di saccheggiamenti e di stragi, onde per tal modo obbligarli a chiuder le porte; che poscia avendoli assediati e vinti, avea lor fatto provare tutti gli orrori della guerra cogli am-*

*cedere. nunc certe, perfecto Aetolico bello, recepta ab Antiocho Asia, devictis Gallis, aut consules ad exercitus consulares mitti, aut reportari legiones inde, reddique tandem reipublicae debere.* Senatus, his auditis, in sententia perseveravit, ut consulibus ambobus Ligures provincia esset: Manlium Fulviumque decedere de provinciis, et exercitus inde deducere, ac redire Romam, placuit.

XLIII. Inimicitiae inter M. Fulvium et M. Aemilium consulem erant: et super cetera Aemilius, serius biennio se consulem factum M. Fulvii opera, ducebat. itaque ad invidiam ei faciendam legatos Ambracienses in senatum, subornatos criminibus, introduxit. Qui *sibi, quum in pace essent, imperataque a prioribus consulibus fecissent, et eadem praestare obedienter M. Fulvio parati essent, bellum inlatum* questi, *agros primum depopulatos, terrorem direptionis et caedis urbi injectum, ut eo metu claudere cogerentur portas. obsessos deinde et obpugnatos se, et omnia exempla belli edita*

*in se, caedibus, incendiis, ruinis, direptione urbis: conjuges, liberos in servitium abstractos: bona ademta, et, quod se ante omnia moveat, templa tota urbe spoliata ornamentis. simulacra Deûm, Deos immo ipsos, convulsos ex sedibus suis, ablatos esse; parietes postesque nudatos, quos adorent, ad quos precentur et supplicent, Ambraciensibus superesse.* Haec querentes, interrogando criminose ex composito, consul ad plura, velut non sua sponte dicenda, eliciebat. Motis Patribus, alter consul C. Flaminius M. Fulvii caussam excepit: qui, *veterem et obsoletam viam ingressos Ambracienses*, dixit. *Sic M. Marcellum a Syracusanis, sic Q. Fulvium a Campanis accusatos. quin eadem opera T. Quinctium a Philippo rege, M'. Acilium et L. Scipionem ab Antiocho, Cn. Manlium a Gallis, ipsum M. Fulvium ab Aetolis et Cephalleniae populis accusari paterentur. Ambraciam obpugnatam et captam, et signa inde ornamentaque ablata, et cetera facta, quae captis urbibus soleant, negaturum aut*

*mazzamenti, cogl' incendj, colle rovine, col sacco della città; tratte in ischiavitù le mogli ed i figliuoli, rapite le sostanze, e ciò che maggiormente lor duole, spogliati degli ornamenti i tempj tutti della città, via portate le statue degli dei, anzi gli dei medesimi strappati dalle lor sedi; non altro rimanere agli Ambracesi che le nude mura e le porte de' loro tempj, dove recare le loro adorazioni, dove orare e supplicare.* Dietro sì fatte querele il console, interrogandoli, giusta il concertato, in sembianza di redarguirli, li tirava a dire, quasi contro lor voglia, più altre cose. Essendo i Padri commossi, l' altro console Cajo Flaminio assunse la difesa di Marco Fulvio dicendo, *che s' eran messi gli Ambracesi per antica via e già da gran tempo abbandonata; nella stessa guisa erano già stati accusati Marco Marcello dai Siracusani, nella stessa Quinto Fulvio dai Campani; anzi perchè non soffrirebbono, che nella stessa guisa il re Filippo accusasse Tito Quinzio, Antioco Manio Acilio e Lucio Scipione, i Galli Gneo Manlio, gli Etoli e i popoli della Cefallenia lo stesso Marco Fulvio? Vi pensate, o Padri coscritti, che io per Marco Fulvio, o Fulvio stesso sia per negare, che Ambracia fu combat-*

*tuta e presa, che se ne sono portate via le statue e gli ornamenti e quant' altro si suol fare pigliando le città? Egli, che appunto per queste imprese verrà a chiedervi il trionfo e porterà davanti al carro l' immagine della presa Ambracia e le statue, che gli si dà carico di aver tolte, e le altre spoglie di quella città, onde appenderle alle porte della sua casa. Non v' ha di che si dividano dagli Etoli; è una stessa causa quella degli Ambracesi e degli Etoli. Quindi il mio collega o eserciti in altro soggetto la sua nimicizia; ovvero, se vuole in questo, riserbi i suoi Ambracesi alla venuta di Marco Fulvio. Quanto a me, non soffrirò, che sia fatto alcun decreto, in assenza di Marco Fulvio, nè in proposito degli Ambracesi, nè in proposito degli Etoli.*

XLIV. Emilio, accusando la fina malizia del suo avversario, come cosa già nota a tutti, e dicendo, ch' egli trarrebbe indugiando l' affare in lungo per non venire a Roma sino a tanto, che vi fosse il console suo avversario, la lotta de' consoli consumò due giorni. E pareva, che presente Flaminio, non si sarebbe potuto decretar nulla. Fu colta l' occasione, che Flaminio era a caso assente per malattia, e a proposta di Emilio fu decretato: *che*

*me pro M. Fulvio, aut ipsum M. Fulvium censetis, Patres conscripti? qui ob has res gestas triumphum a vobis postulaturus sit; Ambraciam captam, signaque, quae ablata criminantur, et cetera spolia ejus urbis ante currum laturus, et fixurus in postibus suis. Nihil est, quod se ab Aetolis separent. eadem Ambraciensium et Aetolorum caussa est. Itaque collega meus vel in alia caussa inimicitias exerceat, vel, si in hac utique mavult, retineat Ambracienses suos in adventum M. Fulvii. Ego nec de Ambraciensibus, nec de Aetolis decerni quidquam, absente M. Fulvio, patiar.*

XLIV. Quum Aemilius callidam malitiam inimici, velut omnibus notam, insimularet, et tempus eum morando extracturum diceret, ne consule inimico Romam veniret; certamine consulum biduum absumtum est. nec praesente Flaminio decerni quidquam videbatur posse. Captata occasio est, quum aeger forte Flaminius abesset; et, referente Aemilio, senatusconsultum factum est, *Ut*

*Ambraciensibus omnes suae res redderentur: in libertate essent, ac legibus suis uterentur: portoria, quae vellent, terra marique caperent, dum eorum inmunes Romani ac socii Latini nominis essent. Signa aliaque ornamenta, quae quererentur ex aedibus sacris sublata esse, de iis, quum M. Fulvius Romam revertisset, placere ad collegium pontificum referri, et, quod ii censuissent, fieri.* Neque his contentus consul fuit, sed postea per infrequentiam adjecit senatusconsultum, *Ambraciam non videri vi captam esse.* Supplicatio inde, ex decemvirorum decreto, pro valetudine populi fuit per triduum, quia gravis pestilentia urbem atque agros vastabat. Latinae inde fuerunt. Quibus religionibus liberati consules, et delectu perfecto, (novis enim uterque maluit uti militibus) in provinciam profecti sunt: veteresque omnes dimiserunt. Post consulum profectionem Cn. Manlius proconsul Romam venit, cui quum ab Ser. Sulpicio praetore senatus ad aedem Bellonae datus esset, et ipse, commemoratis rebus ab se gestis,

*si rendessero agli Ambracesi tutte le robe loro; fossero liberi e vivessero con le loro leggi; esigessero per mare e per terra tutte le gabelle, che volessero, purchè ne andassero esenti i Romani e i loro alleati. Quanto alle statue ed agli altri ornamenti, che si lagnavano essere stati levati dai tempj, piacere al senato, che come Fulvio fosse tornato a Roma, se ne facesse riferta al collegio de' pontefici e se ne disponesse secondo il lor parere.* Nè fu contento il console di tutto ciò, ma poi, colta l'occasione di scarso numero, aggiunse altro decreto, *non parere che Ambracia sia stata presa di viva forza.* Indi per ordine dei decemviri si son fatte per tre giorni pubbliche preci per la salute del popolo Romano; perciocchè grande pestilenza disertava la città e la campagna. Di poi si celebrarono le feste latine. I consoli, soddisfatto ch'ebbero a' religiosi doveri, compiuta la leva (che l'uno e l'altro preferì di usare soldati nuovi) andarono alla loro provincia e licenziarono tutti i veterani. Dopo la partenza de' consoli, il proconsole Gneo Manlio venne a Roma; al quale avendo data udienza il senato, convocato da Sergio Sulpicio pretore nel tempio di Bellona; ed avendo egli, rammentate le im-

prese sue, domandato, che si facessero per quelle ringraziamenti agli dei immortali e gli fosse conceduto di entrare trionfante in città, se gli oppose la maggior parte dei dieci legati, ch' erano stati con lui e tra gli altri Lucio Furio Purpureone e Lucio Emilio Paolo.

XLV. *Eran eglino stati dati legati a Gneo Manlio ad oggetto di far la pace con Antioco e stabilire i patti e l' accordo, ch' era già stato intavolato con Lucio Scipione. Avea Gneo Manlio fatto ogni sforzo per turbare codesta pace e cogliere in agguato Antioco, se questi si fosse lasciato attrappare; ma egli, scoperta la frode del console, essendo stato parecchie volte uccellato con ricercati abboccamenti, e questi avea schivati ed eziandio la vista di lui. Bramoso di passare il monte Tauro, a gran pena n' era stato ritenuto dalle preghiere di tutti i legati, acciocchè non volesse, varcando i termini fatali, provar la rovina predetta da' versi Sibillini; vi si era però accostato con l' esercito e s' era accampato quasi sulla vetta, donde le acque si dividono. Non trovando quivi cagione alcuna di guerra, standosi del tutto quiete le genti del re, avea rivolto l' esercito contro i Gallogreci, alla cui*

postulasset, ut ob eas Diis inmortalibus honos haberetur, sibique triumphanti urbem invehi liceret; contradixerunt pars major decem legatorum, qui cum eo fuerant, et ante alios L. Furius Purpureo, et L. Aemilius Paullus.

XLV. *Legatos sese Cn. Manlio datos pacis cum Antiocho faciendae caussa, foederisque et legum, quae cum L. Scipione inchoatae fuissent, perficiendarum. Cn. Manlium summa ope tetendisse, ut eam pacem turbaret, et Antiochum, si sui potestatem fecisset, insidiis exciperet: sed illum, cognita fraude consulis, quum saepe conloquiis petitis captatus esset, non congressum modo, sed conspectum etiam ejus vitasse. Cupientem transire Taurum aegre omnium legatorum precibus, ne carminibus Sibyllae praedictam superantibus terminos fatales cladem experiri vellet, retentum. admovisse tamen exercitum, et prope ipsis jugis ad divortia aquarum castra posuisse. Quum nullam ibi caussam belli inveniret, quiescentibus regiis, circumegisse exercitum*

*ad Gallograecos: cui nationi non ex senatus auctoritate, non populi jussu, bellum inlatum. quod quem umquam de sua sententia facere ausum? Antiochi, Philippi, Hannibalis et Poenorum recentissima bella esse. de omnibus his consultum senatum, populum jussisse. saepe legatos ante missos, res repetitas, postremo, qui bellum indicerent, missos. Quid eorum, Cn. Manli, factum est, ut istud publicum populi Romani bellum, et non tuum privatum latrocinium ducamus? At eo ipso contentus fuisti; recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumseras: an et per omnes amfractus viarum, quum ad bivia consisteres, ut, quo flexisset agmen Attalus Eumenis frater, eo consul mercenarius cum exercitu Romano sequereris, Pisidiae, Lycaoniaeque, et Phrygiae recessus omnes atque angulos peragrasti, stipem a tyrannis castellanisque deviis colligens? Quid enim tibi cum Oroandis? quid cum aliis aeque innoxiis populis? Bellum autem ipsum, cujus nomine triumphum petis, quo modo*

*nazione portò la guerra senza l'autorità del senato, senza il comandamento del popolo. Chi osò far questo mai di suo solo parere? Sono recentissime le guerre di Antioco, di Filippo, di Annibale e dei Cartaginesi; per tutte queste, fu consultato il senato, il popolo le comandò. Sovente si son mandati innanzi legati; fu chiesta soddisfazione; in fine si mandò ad intimare la guerra. Che fu fatto di tutto questo, o Gneo Manlio, sì che possiamo dire questa essere stata guerra pubblica del popolo Romano e non tuo privato ladroneccio? Ma fosti pago di questo? guidasti direttamente l'esercito contro coloro, che ti avevi scelti a nemici? o non piuttosto, girando per tutte le svolte delle strade, fermandoti ai bivj, per seguire coll'esercito Romano, console mercenario, dove Attalo, fratello di Eumene, piegasse il cammino, visitasti tutti i recessi, tutti gli angoli della Pisidia, della Licaonia e della Frigia, raccogliendo danari dai tiranni e dai castellani fuori di strada? E in fatti, che avevi a fare cogli Oroandi? che con altri popoli egualmente innocenti? E la guerra stessa, per la quale chiedi il trionfo, in qual modo l'hai fatta? Hai scelto per combattere*

*luoghi vantaggiosi, tempo opportuno? Per verità chiedi giustamente, che si ringrazino gli dei immortali, primieramente perchè non vollero, che l' esercito pagasse il fio della temerità del suo comandante, che portava la guerra altrui contro il dritto delle genti; indi perchè ci hanno messo a fronte non uomini, ma bestie.*

XLVI. *Non vogliate credere, che ne' Gallogreci sia meschiato il solo nome; già da molto tempo sono viziati e meschiati d' animo e di corpo. Forse, che se coloro, co' quali si è pugnato mille volte in Italia con vario evento, fossero stati veri Galli, per quanto stette nel nostro comandante, sarebbe tornato nessun de' nostri a recarci nuove del fatto? Due volte combattemmo con loro; due volte s' inoltrò egli in luogo svantaggioso e calò l' esercito in profonda valle, quasi sotto a' piedi del nemico, in guisa che, se scagliato avessero dall' alto, non dirò frecce, ma soltanto i loro corpi ignudi, ci potevano schiacciare. Che dunque ne avvenne? È grande la fortuna, grande e terribile il nome del popolo Romano. Dalla recente ruina di Annibale, di Filippo e di Antioco rimasero quasi istupidite quelle immense corporature; le sole fionde e saette li*

*gessisti? Loco aequo, tempore tuo pugnasti? Tu vero recte, ut Diis inmortalibus honos habeatur, postulas: primum, quod pro temeritate imperatoris, nullo jure gentium bellum inferentis, poenas luere exercitum noluerunt: deinde, quod belluas, non hostes, nobis objecerunt.*

XLVI. *Nolite nomen tantum existimare mixtum esse Gallograecorum. multo ante et corpora et animi mixti ac vitiati sunt. An, si illi Galli essent, cum quibus millies vario eventu in Italia pugnatum est, quantum in imperatore nostro fuit, nuncius illinc redisset? Bis cum iis pugnatum est, bis loco iniquo subiit, in valle inferiore pedibus pene hostium aciem subjecit. ut non tela ex superiore loco mitterent, sed corpora sua nuda injicerent, obruere nos potuerunt. Quid igitur incidit? Magna fortuna populi Romani est, magnum et terribile nomen. Recenti ruina Hannibalis, Philippi, Antiochi, prope adtoniti erant, tantae corporum moles Fundis sagittisque in fugam consternati*

*sunt : gladius in acie cruentatus non est Gallico bello : velut avium examina, ad crepitum primum missilium avolavere. At, Hercule, nos iidem, (admonente fortuna, quid, si hostem habuissemus, casurum fuisset) quum redeuntes in latrunculos Thracas incidissemus, caesi, fugati, exuti inpedimentis sumus. Q. Minucius Thermus, in quo haud paullo plus damni factum est, quam si Cn. Manlius, cujus temeritate ea clades inciderat, perisset, cum multis viris fortibus cecidit: exercitus, spolia regis Antiochi referens, trifariam dissipatus, alibi primum, alibi postremum agmen, alibi inpedimenta, inter vepres in latebris ferarum noctem unam delituit. Pro his triumphus petitur? Si nihil in Thracia cladis ignominiaeque foret acceptum, de quibus hostibus triumphum peteres? de iis, ut opinor, quos tibi hostes senatus aut populus Romanus dedisset. Sic huic L. Scipioni, sic illi M.' Acilio de rege Antiocho, sic paullo ante T. Quinctio de rege Philippo, sic P. Africano*

*volsero in fuga spaventati; non insanguinossi l' acciaro in codesta Gallica guerra; volaron via, come stuolo d' augelli, al primo strepito del saettume. Ma noi, per fede mia, (ammonendoci la fortuna di ciò, che ci sarebbe accaduto, se avessimo avuto a rincontro un degno nemico) essendo nel ritorno caduti in una banda di pochi Traci ladroncelli, siamo stati tagliati a pezzi, messi in fuga, spogliati de' bagagli. Cadde con molti altri valorosi Quinto Minuccio Termo, la cui perdita ci recò poco minor danno, che se perito fosse Gneo Manlio, la di cui temerità ci avea tratto in quella sciagura; l' esercito, tornando carico delle spoglie di Antioco, diviso in tre parti, qua la prima schiera, l' ultima colà, i bagagli altrove, si appiattò una notte intera tra le macchie ne' covili delle fiere. E per codeste imprese si chiede il trionfo? Se anche non si fosse ricevuta in Tracia nessun' onta, nessun danno, di quai nemici però chiederesti di trionfare? di quelli, penso, che ti furono assegnati dal senato, o dal popolo Romano. Così fu dato il trionfo a questo Lucio Scipione, così a quel Manio Acilio del re Antioco, così poco innanzi a Tito Quinzio del re*

*Filippo, così a Publio Africano di Annibale e dei Cartaginesi e di Siface. Ed avendo il senato già decretata la guerra, pure non ommisero quelle piccole avvertenze, a chi si dovesse denunziarla, se veramente a que' re medesimi in persona, o se bastasse ad alcun nemico presidio vicino. Volete dunque guastare e confondere tutte codeste cose? annientar le leggi feciali? che più non sianvi feciali? via, dirollo con pace degli dei, si sagrifichi la religione; dimenticatevi degli dei. Non volete nè anche, che si consulti il senato, se si abbia a far guerra? che non si proponga al popolo, se gli piace, che si guerreggi coi Galli? Certo ultimamente i consoli bramavano la Grecia e l' Asia; nondimeno, perseverando voi nell'assegnar loro la Liguria, ubbidirono. Meritamente bensì, come abbian essi finita prosperamente la guerra, vi chiederanno il trionfo, come quelli, che per comando vostro l' avran fatta.*

XLVII. Tale si fu l' orazione di Furio e di Emilio, alla quale dicesi, che rispondesse Manlio a un di presso in codesta guisa. *Solevano ne' tempi andati, o Padri coscritti, essere i tribuni della plebe quelli, che si opponevano a chi*

*de Hannibale, et Poenis, et Syphace, triumphus datus. et minima illa, quum jam senatus censuisset bellum, quaesita tamen sunt, quibus nunciandum esset: ipsis utique regibus nunciaretur; an satis esset, ad praesidium aliquod nunciari? Vultis ergo haec omnia pollui et confundi? tolli fecialia jura? nullos esse feciales? fiat (pace Deûm dixerim) jactura religionis: oblivio Deorum capiat pectora vestra. Num senatum quoque de bello consuli non placet? non ad populum ferri, velint, jubeantne cum Gallis bellum geri? Modo certe consules Graeciam atque Asiam volebant. tamen perseverantibus vobis, Ligures provinciam decernere, dicto audientes fuerunt. Merito ergo a vobis, prospere bello gesto, triumphum petent, quibus auctoribus gesserunt.*

XLVII. Talis oratio Furii et Aemilii fuit. Manlium in hunc maxime modum respondisse accepimus. *Tribuni plebis antea solebant triumphum postulantibus adversari, Patres conscripti. Quibus ego gratiam ha-*

*beo, quod seu mihi, seu magnitudini rerum gestarum, hoc dederunt, ut non solum silentio comprobarent honorem meum, sed referre etiam, si opus esset, viderentur parati esse. Ex decem legatis, si Diis placet, quod consilium dispensandae cohonestandaeque victoriae imperatoribus majores dederunt nostri, adversarios habeo. L. Furius, L. Aemilius currum triumphalem me conscendere prohibent, coronam insignem capiti detrahunt; quos ego, si tribuni me triumphare prohiberent, testes citaturus fui rerum a me gestarum. Nullius equidem invideo honori, Patres conscripti. Vos tribunos plebei nuper, viros fortes ac strenuos, inpedientes Q. Fabii Labeonis triumphum, auctoritate vestra deterruistis. triumphavit, quem non bellum injustum gessisse, sed hostem omnino non vidisse, inimici jactabant. Ego, qui cum centum millibus ferocissimorum hostium signis conlatis toties pugnavi, qui plus quadraginta millia hominum cepi aut occidi, qui bina castra eorum expugnavi,*

domandava il trionfo, a' quali porgo i miei ringraziamenti; o abbiano ciò fatto a mio riguardo, o a riguardo delle grandi imprese da me eseguite, non solo col silenzio assentirono all' onore, che domando, ma si son mostrati anche pronti, se fosse occorso, a farne essi medesimi la proposta. Ma trovo, così piacendo al cielo, gli avversarj miei tra i dieci legati, che i nostri maggiori assegnarono sempre ai supremi comandanti onde trar profitto e dare più lustro alla vittoria. Lucio Furio e Lucio Emilio mi vietano di ascendere il carro trionfale e mi strappano dalla fronte la nobile corona; che son pur quelli, la cui testimonianza, se i tribuni mi contendessero il trionfo, avrei ricercata. Quanto a me, non porto invidia, o Padri coscritti, all' onore di nessuno. Voi, non ha molto, colla vostra autorità distoglieste dall' impresa i tribuni della plebe, uomini fermi e coraggiosi, che si opponevano al trionfo di Quinto Fabio Labeone; trionfò quegli, il quale, secondo dicevano gli avversarj suoi, non avea fatto una guerra ingiusta, ma non avea veduto mai la faccia del nemico. Io che tante volte ho combattuto a bandiere spiegate contro cento mila ferocissimi nemici, che ne ho presi, o ammazzati più di quaranta mila, che ho tolto

*loro due alloggiamenti, che ho lasciati i paesi di qua dal monte Tauro più tranquilli, che non è la stessa Italia, io non solamente son frodato del trionfo, ma debbo difendermi dinanzi a voi, o Padri coscritti, accusato da' miei stessi legati. Ha due capi, come vedete, o Padri coscritti, la loro accusa; perciocchè dissero, ch' io non dovea pigliar guerra coi Galli, e che la fu da me sconsigliatamente e imprudentemente amministrata. Non erano i Galli nostri nemici, ma tu, mentre quieti si prestavano ai comandi, gli hai contro ragione assaltati. Non vi chiederò, Padri coscritti, che quanto comunemente vi è noto della crudele fierezza de' Galli, dell' odio loro atrocissimo contro il nome Romano, quello stesso pensar vogliate anche de' Galli, abitatori dell' Asia. Lasciata a parte l' infamia e la malevolenza di tutta intera la nazione, giudicateli soltanto in se stessi. Piacesse al cielo, che fossero pur presenti e il re Eumene e le città tutte dell' Asia e che gli udiste essi piuttosto, che me loro accusatore. Su via mandate legati per tutte le città dell' Asia e cercate da qual più pesante servitù sieno stati sgravati, cacciato Antioco di là dal*

*qui citra juga Tauri omnia pacatiora, quam terra Italia est, reliqui, non triumpho modo fraudor; sed caussam apud vos, Patres conscripti, accusantibus meis ipse legatis, dico. Duplex eorum, ut animadvertistis, Patres conscripti, accusatio fuit. nam, nec gerendum mihi fuisse bellum cum Gallis, et gestum temere atque inprudenter, dixerunt. non erant Galli hostes, sed tu eos pacatos imperata facientes violasti. Non sum postulaturus a vobis, Patres conscripti, ut, quae communiter de inmanitate gentis Gallorum, de infestissimo odio in nomen Romanum scitis, ea de illis quoque, qui Asiam incolunt, existimetis Gallis. Remota universae gentis infamia atque invidia, per se ipsos aestimate. Utinam rex Eumenes, utinam Asiae civitates omnes adessent, et illos potius querentes, quam me accusantem, audiretis! Mittite, agedum, legatos circa omnes Asiae urbes, et quaerite, utra graviori servitute, Antiocho ultra Tauri juga emoto, an Gallis*

*subactis, liberati sint? quoties agri eorum vastati sint, quoties praedae abactae, referant: quum vix redimendi captivos copia esset, et mactatas humanas hostias inmolatosque liberos suos audirent. Stipendium, scitote, pependisse socios vestros Gallis: et nunc, liberatos per vos regio imperio, fuisse pensuros, si a me foret cessatum.*

XLVIII. *Quo longius Antiochus emotus esset, hoc inpotentius in Asia Galli dominarentur: et, quidquid est terrarum citra Tauri juga, Gallorum imperio, non vestro, adjecissetis. At enim sunt quidem ista vera. etiam Delphos, quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli spoliaverunt: nec ideo populus Romanus his bellum indixit, aut intulit. Equidem aliquid interesse rebar inter id tempus, quo nondum in jure ac ditione vestra Graecia atque Asia erat, ad curandum animadvertendumque, quid in his terris fieret; et hoc, quo finem imperii Romani Tau-*

*monte Tauro, ovvero domati i Galli? Dicano quante volte le loro terre furono devastate, quante volte depredate, potendosi a gran pena redimere i prigioni e udendo sagrificate umane vittime ed immolati i loro figliuoli. Sappiate, che i vostri alleati han pagato tributo ai Galli; ed ora, che gli avete liberati dalla regia dominazione, il pagherebbero ancora, se io mi fossi rimasto ozioso.*

XLVIII. *Quanto Antioco fosse stato mandato più lungi, tanto più prepotentemente avrebbono i Galli signoreggiato nell' Asia; e tutto quant' è il paese di qua dal monte Tauro, l' avreste aggiunto al dominio de' Galli, non al vostro. Sì, questo senza dubbio è tutto vero; i Galli spogliarono anche Delfo, oracolo un tempo comune a tutte le nazioni, bellico di tutto il mondo; non però per questo il popolo Romano intimò, o mosse loro la guerra. Veramente io mi credeva, che ci fosse qualche differenza tra il tempo, nel quale la Grecia e l' Asia non erano ancora in poter vostro, per ciò che risguarda il badare ed osservare quello, che si facesse in que' paesi, ed il tempo presente, nel quale segnaste a confine del Romano impero il monte Tauro, nel*

*quale date ad altre città la libertà e l'immunità, ad altre ampliate i confini, ad altre in pena togliete parte delle terre, ad altre imponete tributo, accrescete, diminuite, donate, levate i regni; e vi credete in dover di badare, che stiansi in pace per mare e per terra. Se Antioco non avesse levati i presidj, che pure stavansi quieti nelle città loro assegnate, non credereste liberata l'Asia; e se gli eserciti de' Galli andassero qua e là sparsi vagando, credereste stabili e fermi i doni, che faceste al re Eumene, stabile la libertà, che deste alle città? Ma a che vo io argomentando in questa guisa, quasi che io non abbia ricevuti, ma io stesso m'abbia fatto i Galli nemici? A te mi appello, o Lucio Scipione, la cui virtù e felicità, succedendoti nel comando, ho chiesta, e non invano, agli dei immortali; a te, o Publio Scipione, che avesti e presso il fratello console e presso l'esercito i dritti di legato e la dignità rispettabile di collega, se sappiate, essere state nell'esercito di Antioco le legioni de' Galli? se gli abbiate veduti collocarsi nell'una e nell'altra ala, dove appunto si scorgeva il maggior nerbo? se abbiate combattuto contro i medesimi, come con nemici di-*

*rum montem statuistis, quo libertatem inmunitatemve civitatibus datis, quo aliis fines adjicitis, alias agro multatis, aliis vectigal imponitis: regna augetis, minuitis, donatis, adimitis: curae vestrae censetis esse, ut pacem terra marique habeant. An, nisi praesidia deduxisset Antiochus, quae quieta in suis arcibus erant, non putaretis liberatam Asiam? si Gallorum exercitus effusi vagarentur, rata dona vestra, quae dedistis, regi Eumeni, rata libertas civitatibus esset? Sed quid ego haec ita argumentor; tamquam non acceperim, sed fecerim hostes Gallos? Te, L. Scipio, adpello, cujus ego mihi, succedens in vicem imperii tui, virtutem felicitatemque pariter non frustra ab Diis inmortalibus precatus sum; te, P. Scipio, qui legati jus, collegae majestatem, et apud fratrem consulem, et apud exercitum habuisti; sciatisne, in exercitu Antiochi Gallorum legiones fuisse? videritis in acie eos, in cornu utroque (id enim roboris esse videbatur) locatos? pugnaveritis,*

*ut cum hostibus justis? cecideritis? spolia eorum retuleritis? Atqui cum Antiocho, non cum Gallis, bellum et senatus decreverat, et populus jusserat. sed simul, ut opinor, cum his decreverant jusserantque, qui intra ejus praesidia fuissent. ex quibus, praeter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio, et cum quo nominatim foedus ut fieret, mandaveratis, omnes hostes erant, qui pro Antiocho arma adversus nos tulerunt. In qua caussa quum Galli ante omnes fuissent, et reguli quidam, et tyranni; ego tamen et cum aliis, pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi: et Gallorum animos, si possent mitigari a feritate insita, tentavi: et, postquam indomitos atque inplacabiles cernebam, tum demum vi atque armis coërcendos ratus sum. Nunc, quoniam suscepti belli purgatum est crimen, gesti reddenda est ratio. in quo confiderem equidem caussae meae, etiamsi non apud Romanum, sed apud Karthaginiensem senatum agerem;*

*chiarati? se gli tagliaste a pezzi e ne riportaste le loro spoglie? Ma il senato avea decretata, il popolo comandata la guerra contro Antioco, non contro i Galli; ma certo, penso, l'aveano decretata contro tutti quelli, che fossero stati con lui; tra' quali, oltre Antioco, col quale avea Scipione pattuita la pace e col quale avevate ordinato, che si facesse nominatamente accordo, eran tutti nostri nemici quelli, che avean portate l'armi contro di noi a favore di Antioco. Nel cui partito essendo stati i Galli innanzi a tutti ed alcuni altri piccoli principi e tiranni, nondimeno cogli altri, sforzatili per la dignità del vostro impero a pagar la debita pena, ho conchiusa la pace; e quanto a' Galli, ho saggiato gli animi loro, se mitigar si potesse quell' innata loro fierezza; e poi che gli ebbi scorti indomiti ed implacabili, allora finalmente ho pensato, che si dovesse frenarli colla forza e coll' armi. Ora, poi che mi sono purgato d'aver pigliata questa guerra, debbo render ragione del modo, con cui l'ho amministrata; su di che confiderei del tutto nella mia causa, se avessi a trattarla, non presso il Romano, ma presso il senato Cartaginese, dove pur si dice met-*

*tersi in croce i comandanti, se guerreggiarono con prospero evento, ma con mal sano consiglio. Io però in quella città, che nel dar mano e corso a qualsiasi impresa invoca gli dei per questo, perchè non sottomette a censura quelle, che approvate furono dagli dei, e quando decreta o pubbliche preci, ovvero il trionfo, usa le solenni parole,* perchè ha egli bene e felicemente amministrata la repubblica, *se non volessi, se stimassi invidiosa e superba cosa gloriarmi del mio valore, pur chiederei, che in vista della mia e della felicità dell' esercito mio, per aver noi vinto sì grande nazione senza alcun danno de' nostri, che se ne rendesse onore agli dei immortali e salirei trionfante al Campidoglio, donde, compiuti debitamente i riti, mi son dapprima partito; ricusereste questo a me, questo agli dei immortali?*

XLIX. *Ma ho combattuto in luogo svantaggioso. Mi si dica adunque in qual altro più vantaggioso avrei potuto combattere? Poi che i nemici avean pigliato il monte, si tenevano chiusi in luogo fortificato, certo, se io voleva vincere, dovetti andare a' nemici. E che? se avessero avuto in quel luogo una cit-*

*ubi in crucem tolli imperatores dicuntur, si prospero eventu, pravo consilio rem gesserunt. Sed ego in ea civitate, quae ideo omnibus rebus incipiendis gerendisque Deos adhibet, quia nullius calumniae subjicit ea, quae Dii comprobaverunt, et in sollemnibus verbis habet, quum supplicationem aut triumphum decernit?* Quod bene ac feliciter rempublicam administrarit; *si nollem, si grave, ac superbum existimarem virtute gloriari; pro felicitate mea exercitusque mei, quod tantam nationem sine ulla militum jactura devicimus, postularem, ut Diis inmortalibus honos haberetur, et ipse triumphans in Capitolium adscenderem, unde, votis rite nuncupatis, profectus sum. negaretis hoc mihi cum Diis inmortalibus?*

XLIX. *Iniquo enim loco dimicavi. Dic igitur, quo aequiore potuerim dimicare? Quum montem hostes cepissent, loco munito se tenerent, nempe eundum ad hostes erat, si vincere vellem. Quid? si urbem eo loco haberent, et moenibus se*

*tenerent? nempe obpugnandi erant. Quid? ad Thermopylas aequone loco M.' Acilius cum rege Antiocho pugnavit? Quid? Philippum non eodem modo super Aoum amnem juga tenentem montium T. Quinctius dejecit? Equidem adhuc, qualem aut sibi fingant, aut vobis videri velint hostem fuisse, non invenio. Si degenerem et emollitum amoenitate Asiae, quid periculi vel iniquo loco subeuntibus fuit? si timendum et feritate animorum, et robore corporum, huicne tantae victoriae triumphum negatis? Caeca invidia est, Patres conscripti, nec quidquam aliud scit, quam detrectare virtutes, conrumpere honores ac praemia earum. mihi, quaeso, ita ignoscatis, Patres conscripti, si longiorem orationem non cupiditas gloriandi de me, sed necessaria criminum defensio fecit. An etiam per Thraciam saltus patentes, qui angusti erant, et plana ex arduis, et culta ex silvestribus facere potui, et praestare, necubi notis sibi latebris delitescerent latrones Thraces, ne quid sarcinarum raperetur, ne quod jumentum*

*tà, se si fossero tenuti dentro le mura? Era pur forza combatterli. Di grazia, alle Termopile Manio Acilio combattè forse con Antioco in luogo vantaggioso? Tito Quinzio non cacciò egli similmente al basso Filippo, che occupava presso al fiume Aoo le alture de' monti? Per verità fin' ora non veggo quale si fingano, o quale vogliano, che vi sembri essere stato codesto nemico. Se degenere ed ammollito dall' ameno clima dell' Asia, v' ebbe pericolo a salire all' erta per combatterlo? se fu terribile per la fierezza degli animi e la robustezza de' corpi, a codesta cotanto insigne vittoria negate il trionfo? È cieca, Padri coscritti, l' invidia, nè altro sa che dispregiare la virtù, guastare le belle imprese e i premj, che si hanno meritato. Deh perdonatemi, o Padri coscritti, se non la brama di darmi vanto, ma la necessità di difendermi dalle accuse, ha fatto essere alquanto lunga la orazion mia. Ho anche forse potuto i passi, ch' erano nella Tracia angusti, farli larghi ed aperti, piani i luoghi dirupati, coltivati i selvosi, e provvedere, che i ladroni Traci non si appiattassero nelle ad essi note latebre, che non ci fosse rapita qualche parte del bagaglio; che di tanta*

*frotta non si menasse via qualche giumento, che nessuno fosse ferito, che Quinto Minucio, uomo gagliardo e valente, non morisse di sue ferite? Insistono su questo accidente, per cui sventuratamente accadde, che perdessimo un tanto cittadino; ma che avendoci assalito i nemici in un passo angusto, in luogo disacconcio, l'avanguardia e la retroguardia nostra ad un tempo stesso abbiano avviluppato l'esercito de' barbari, che s' eran fatti addosso a' nostri bagagli; ne abbian ucciso, o preso in quel dì stesso parecchie migliaja, e da lì a pochi dì molte più, questo, anche se altri il tacesse, credono, che voi nol sapreste, avendo testimonio dell' orazion mia tutto l' esercito? Se non avessi sguainato il ferro nell' Asia, se non avessi veduto in faccia il nemico, avrei nondimeno, proconsole, meritato il trionfo per le due battaglie della Tracia. Ma il detto già basta; anzi per quello che vi ho stancati con più parole che non avrei voluto, e vi chieggo, o Padri coscritti, e spero impetrar perdono da voi.*

L. Sarebbono più valuto in quel giorno le accuse che la difesa, se non avessero protratta l' altercazione insino a sera. Il senato fu licenziato in così fatta opinione, che pareva determinato a negare il trion-

*ex tanto agmine abstraheretur, ne quis vulneraretur, ne ex vulnere vir fortis ac strenuus Q. Minucius moreretur? In hoc casu, quo infeliciter incidit, ut talem civem amitteremus, haerent. Quod saltu iniquo, loco alieno, quum adortus hostis nos esset, duae simul acies primi et novissimi agminis haerentem ad inpedimenta nostra exercitum barbarorum circumvenerunt; quod multa millia ipso die, plura multo post dies paucos ceciderunt et ceperunt; hoc, si ipsi tacuerint, vos scituros, quum testis orationis meae totus exercitus sit, non credunt? Si gladium in Asia non strinxissem, si hostem non vidissem; tamen proconsul triumphum in Thracia duobus proeliis merueram. Sed jam dictum satis est. quin pro eo, quod pluribus verbis vos, quam volui, fatigavi, veniam a vobis petitam impetratamque velim, Patres conscripti.*

L. Plus crimina eo die, quam defensio, valuissent, ni altercationem in serum perduxissent. dimittitur senatus in ea opinione, ut negaturus triumphum fuisse videretur.

Postero die et cognati amicique Cn. Manlii summis opibus adnisi sunt, et auctoritas seniorum valuit, negantium, exemplum proditum memoriae esse, ut imperator, qui, perduellibus devictis, confecta provincia, exercitum reportasset, sine curru et laurea, privatus inhonoratusque, urbem iniret. hic pudor malignitatem vicit, triumphumque frequentes decreverunt. Obpressit deinde mentionem memoriamque omnem contentionis hujus majus et cum majore et clariore viro certamen ortum. P. Scipioni Africano (ut Valerius Antias auctor est) duo Q. Petilii diem dixerunt. id, prout cujusque ingenium erat, interpretabantur. Alii non tribunos plebis; sed universam civitatem, quae id pati posset, incusabant. *Duas maximas orbis terrarum urbes ingratas uno prope tempore in principes inventas: Romam ingratiorem; si quidem victa Karthago victum Hannibalem in exsilium expulisset; Roma victrix victorem Africanum expellat.* Alii, *Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non possit: nihil tam ae-*

fo. Il dì seguente i congiunti e gli amici di Gneo Manlio si adoprarono con ogni sforzo, e prevalse l'autorità de' più vecchi, i quali negavano trovarsi esempio, che un capitano, il quale, vinti i ribelli, compiuta la sua missione, ricondotto avesse l'esercito, entrato fosse in città senza cocchio, senza corona d'alloro, privato, e inonorato. Questo rispetto vinse la malevolenza, e i Padri con pienezza di suffragj decretarono il trionfo. Valse in appresso a sopprimere ogni menzione e memoria di codesta contesa altra lotta maggiore e con maggiore e più chiaro uomo insorta. I due Quinti Petilj (come scrive Valerio Anziate) accusarono Publio Scipione Africano; il che venìa da ciascheduno interpretato secondo la diversa maniera di pensare. V'era chi accusava non solamente i tribuni della plebe, ma la città tutta, che potesse questo comportare. *Le due più grandi città del mondo essersi trovate quasi ad un tempo stesso ingrate verso i più illustri loro cittadini; Roma però più ingrata; perciocchè Cartagine vinta mandò in esiglio Annibale vinto; Roma vincitrice scacciava da se l'Africano vincitore.* Altri, *nessun cittadino dover di tanto avanzare gli altri, che non possa essere citato dinanzi a' tribunali, giusta le*

*leggi; non v' esser cosa, che più valga a pareggiare la libertà, quanto che qualsiasi più potente possa esser tratto in giudizio. Qual cosa, non che la somma della repubblica, potrassi a qualsivoglia affidare con sicurezza, s' egli non abbia a renderne ragione? Chi non sa tollerare l' eguaglianza, non ha dritto di lagnarsi, che se gli usi violenza.* Correvano così i discorsi insino a tanto, che venne il giorno della trattazione della causa. Nè altri mai ne' tempi innanzi, nè il medesimo Scipione, console e censore, fu scorto in piazza da maggior frequenza di persone d' ogni sorte, come il fu l' accusato in quel giorno. Intimatogli, che si difendesse, egli, senza far motto dell' accusa, si pose a tessere sì magnifica orazione delle imprese sue, che ben appariva nessuno essere stato mai nè meglio, nè più veracemente lodato. Perciocchè le narrava con quella grandezza d' animo e di spirito, con cui le aveva fatte; nè se ne infastidivano gli orecchi, perchè si raccontavano a scampo di pericolo, non a vanto.

LI. I tribuni della plebe, avendo a conciliar fede alla presente accusa, ripetute le antiche imputazioni della morbidezza de' quartieri d' inverno in Siracusa, del tumulto suscitato in Locri da Plemi-

*quandae libertatis esse, quam potentissimum quemque posse dicere caussam. Quid autem tuto cuiquam, nedum summam rempublicam, permitti, si ratio non sit reddenda? qui jus aequum pati non possit, in eum vim haud injustam esse.* Haec agitata sermonibus, donec dies dicendae caussae venit. nec alius antea quisquam, nec ille ipse Scipio consul censorve majore omnis generis hominum frequentia, quam reus illo die, in forum est deductus. Jussus dicere caussam, sine ulla criminum mentione orationem adeo magnificam de rebus ab se gestis est exorsus, ut satis constaret, neminem umquam neque melius, neque verius laudatum esse. Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, a quo gesta erant: et aurium fastidium aberat, quia pro periculo, non in gloriam, referebantur.

LI. Tribuni plebis vetera luxuriae crimina Syracusanorum hibernorum, et Locris Pleminianum tumultum, quum ad fidem praesentium criminum retulissent; suspicio-

nibus magis, quam argumentis, pecuniae captae reum accusarunt. *Filium captum sine pretio redditum, omnibusque aliis rebus Scipionem, tamquam in ejus unius manu pax Romana bellumque esset, ab Antiocho cultum. Dictatorem eum consuli, non legatum, in provincia fuisse: nec ad aliam rem eo profectum, quam ut, id quod Hispaniae, Galliae, Siciliae, Africae jampridem persuasum esset, hoc Graeciae Asiaeque et omnibus ad orientem versis regibus gentibusque adpareret; unum hominem caput columenque imperii Romani esse: sub umbra Scipionis civitatem dominam orbis terrarum latere: nutum ejus pro decretis Patrum, pro populi jussis esse.* infamia intactum invidia, qua possunt, urguent. Orationibus in noctem perductis, prodicta dies est. ubi ea venit, tribuni in Rostris prima luce consederunt. Citatus reus magno agmine amicorum clientiumque per mediam concionem ad Rostra subiit: silentioque facto, *Hoc,* inquit, *die, tribuni plebis, vosque Quirites, cum Han-*

nio, lo accusarono di aver preso danari; questo però più con presunzioni, che con prove manifeste. *Essergli stato restituito il figlio senza prezzo; e aver Antioco in ogni altra cosa careggiato Scipione, come se nelle sole di lui mani fosse stata posta la pace, o la guerra col popolo Romano; esser egli stato al console nella sua provincia dittatore, non legato; nè per altro motivo essersi colà recato, se non se perchè, come già innanzi avea persuaso alla Spagna, alla Gallia, alla Sicilia ed all' Africa, così questo stesso apparisse alla Grecia ed all' Asia e a tutti i monarchi e popoli dell' Oriente, un uomo solo essere il capo e la colonna del Romano impero. La città, regina del mondo, starsi appiattata sotto l' ombra di Scipione; il cenno di lui tener luogo dei decreti del senato, dei comandamenti del popolo.* Intangibile nell' onore lo premono quanto più possono coll' invidia. Protratti i discorsi insino a notte, si differì ad altro giorno; come questo fu venuto, i tribuni di buon mattino pigliaron posto alla tribuna. L' accusato, scortato da grande stuolo di amici e di clienti, attraversata la folla, salì a' Rostri; e intimato silenzio: *in questo giorno,* disse, *o tribuni della plebe e voi tutti, o Qui-*

*riti, ho bene e prosperamente combattuto in Africa a bandiere spiegate con Annibale e coi Cartaginesi. Laonde essendo conveniente di soprastare oggi da piati e contese, io me ne andrò incontanente al Campidoglio a salutare Giove ottimo massimo, Giunone, Minerva e gli altri dei, che presiedono al Campidoglio ed alla rocca; e ringrazierolli, che in questo dì medesimo, ed altre fiate sovente m' abbiano dato animo e potere di amministrare ottimamente la repubblica. Chiunque eziandio di voi, cui non sia di disagio, venite, o Quiriti, e pregate gli dei di aver de' prodi cittadini, che mi somiglino; perciocchè se voi, da' miei diciassett' anni sino alla mia vecchiezza, avete sempre precorsa l' età mia co' vostri onori, ho io pure col far cose grandi gli onori vostri precorsi.* Dai Rostri salì al Campidoglio; tutta insieme l' assemblea die' di volta e seguitò Scipione in modo, che in fine gli scrivani stessi e i ministri lasciaron soli i tribuni, nè rimase chicchessia con essi, eccetto la compagnia de' loro schiavi e il banditore, che dai Rostri citava l' accusato. Scipione, non solamente sul Campidoglio, ma girando per tutta la città col popolo Romano visitò tutti i tempj de-

*nibale et Karthaginiensibus signis conlatis, in Africa bene ac feliciter pugnavi. Itaque, quum hodie litibus et jurgiis supersederi aequum sit, ego hinc extemplo in Capitolium ad Jovem optimum maximum Junonemque et Minervam ceterosque Deos, qui Capitolio atque arci praesident, salutandos ibo: hisque gratias agam, quod mihi et hoc ipso die, et saepe alias, egregie reipublicae gerendae mentem facultatemque dederunt. Vestrum quoque quibus commodum est, ite mecum, Quirites, et orate Deos, ut mei similes principes habeatis. ita, si ab annis septemdecim ad senectutem semper vos aetatem meam honoribus vestris anteistis, ego vestros honores rebus gerendis praecessi.* Ab Rostris in Capitolium ascendit. simul se universa concio avertit, et secuta Scipionem est: adeo, ut postremo scribae viatoresque tribunos relinquerent, nec cum iis, praeter servilem comitatum et praeconem, qui reum ex Rostris citabat, quisquam esset. Scipio non in Capitolio modo, sed per totam urbem omnia templa Deûm cum populo Ro-

mano circumiit. Celebratior is prope dies favore hominum et aestimatione verae magnitudinis ejus fuit, quam quo triumphans de Syphace rege et Karthaginiensibus urbem est invectus.

LII. Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni inluxit. post quem quum invidiam et certamina cum tribunis prospiceret, die longiore prodicta, in Literninum concessit; certo consilio, ne ad caussam dicendam adesset. Major animus et natura erat, ac majori fortunae adsuetus, quam ut reus esse sciret, et submittere se in humilitatem caussam dicentium. Ubi dies venit, citarique absens est coeptus, L. Scipio morbum caussae esse, cur abesset, excusabat. quam excusationem quum tribuni, qui diem dixerant, non acciperent, et ab eadem superbia non venire ad caussam dicendam arguerent, qua judicium et tribunos plebis et concionem reliquisset; et, quibus jus de se dicendae sententiae et libertatem ademisset, his comitatus, velut captos trahens, triumphum de populo Romano egisset, secessionemque eo die in Capitolium a

gli dei. Fu questo giorno pel favore degli uomini e per così solenne attestazione di sua vera grandezza più glorioso per Scipione, che quello stesso, in cui entrò egli in Roma trionfando del re Siface e di Cartagine.

LII. Questo fu l' ultimo giorno, che rilusse glorioso a Publio Scipione. Dopo il quale non vedendo che morsi dell' invidia e lotte coi tribuni, assegnatogli un termine più lungo, si ritirò a Literno, con ferma risoluzione di non più comparire a difendersi. Era d' animo e d' indole assai maggiore ed a maggiore fortuna avvezzo, ch' ei si potesse credere accusato e si assoggettasse alla bassezza di quelli, che si difendono. Come fu venuto il giorno e si cominciò a citarlo assente, Lucio Scipione allegava a scusa dell' assenza la malattia; la quale scusa non ammettendo i tribuni accusatori e dicendo, che il non venire a difendersi procedeva dalla stessa superbia, colla quale aveva abbandonato il giudizio e i tribuni della plebe e l' assemblea e accompagnato da quelli stessi, a' quali avea tolto il dritto e la libertà di giudicarlo, quasi traendoli prigioni, avea trionfato del popolo Romano, e s' era in quel dì, recandosi al Campidoglio, ribellato dai tri-

buni della plebe: *eccovi*, dissero, *il frutto della di lui temerità; siete stati abbandonati da quello, colla cui scorta e consiglio ci avete abbandonati; e di tanto ci viene ogni dì scemando l'animo, che quegli, al quale osammo, diciassett' anni sono, mentre aveva in mano l'esercito e la flotta, mandare in Sicilia i tribuni della plebe e un edile ad arrestarlo e ricondurlo a Roma, non abbiamo oggi l'ardire, privato com'egli è, di mandare a trarlo fuori della sua villa a dire di sue ragioni?* I tribuni della plebe, invocati da Lucio Scipione, decretarono, *poi che si allega la scusa della malattia, si debba questa accettare, e che i colleghi prolunghino il termine.* Era tribuno della plebe in quel tempo Tito Sempronio Gracco, il quale avea nimicizia con Publio Scipione. Avendo egli vietato, che si apponesse il suo nome al decreto de' colleghi, e tutti aspettandosi un più severo parere, egli così pronunziò: *Adducendo Lucio Scipione la malattia a scusa del fratello, questo gli pareva bastare. Egli non avrebbe mai permesso, che Publio Scipione fosse accusato, innanzi che tornasse a Roma; ed anche allora, se appellerassi a lui, verrà in ajuto suo, onde non fosse ob-*

tribunis plebis fecisset: *Habetis ergo temeritatis illius mercedem. quo duce et auctore nos reliquistis, ab eo ipsi relicti estis. et tantum animorum in dies nobis decrescit, ut, ad quem ante annos septemdecim, exercitum et classem habentem, tribunos plebis aedilemque mittere in Siciliam ausi sumus, qui prehenderent eum, et Romam reducerent, ad eum privatum ex villa sua extrahendum, ad caussam dicendam, mittere non audeamus?* Tribuni plebis, adpellati ab L. Scipione, ita decreverunt, *Si morbi caussa excusaretur, sibi placere, accipi eam caussam, diemque a collegis prodici.* Tribunus plebis eo tempore Ti. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiae cum P. Scipione intercedebant. is, quum vetuisset nomen suum decreto collegarum adscribi, tristioremque omnes sententiam exspectarent, ita decrevit: *Quum L. Scipio excuset morbum esse caussae fratri, satis id sibi videri. Se P. Scipionem, priusquam Romam redisset, accusari non passurum. tum quoque, si se adpellet,*

*auxilio ei futurum, ne caussam dicat. Ad id fastigium rebus gestis, honoribus populi Romani, P. Scipionem Deorum hominumque consensu pervenisse, ut sub Rostris reum stare, et praebere aures adolescentium conviciis; populo Romano magis deforme, quam ipsi, sit.*

LIII. Adjecit decreto indignationem: *Sub pedibus vestris stabit, tribuni, domitor ille Africae, Scipio? ideo quatuor nobilissimos duces Poenorum in Hispania, quatuor exercitus fudit fugavitque: ideo Syphacem cepit, Hannibalem devicit, Karthaginem vectigalem nobis fecit, Antiochum (recepit enim fratrem consortem hujus gloriae L. Scipio) ultra Tauri juga emovit, ut duobus Petilliis subcumberet, vos de P. Africano palmam peteretis? Nullisne meritis suis, nullis vestris honoribus umquam in arcem tutam et velut sanctam clari viri pervenient: ubi, si non venerabilis, inviolata saltem senectus eorum considat?* Movit et decretum, et adjecta oratio non

*bligato a difendersi. Era salito Publio Scipione a tale altezza per le imprese sue, pegli onori avuti dal popolo Romano, pel consentimento unanime degli dei e degli uomini, che l' obbligarlo a starsi sotto i Rostri in figura di reo e porgere gli orecchi alle invettive de' giovinastri, cosa era più sconcia e brutta al popolo Romano, che a lui stesso.*

LIII. Aggiunse a codesto suo decreto un impeto d' indignazione: *E che? starassi sotto a' vostri piedi, o tribuni, Scipione, quel domatore dell'Africa? Avrà egli per questo sconfitti, volti in fuga nella Spagna quattro nobilissimi capitani, quattro eserciti dei Cartaginesi? per questo prese Siface, vinse Annibale, ci fe' tributaria Cartagine, cacciò Antioco (perciocchè Lucio Scipione pigliò il fratello a compagno di questa sua gloria) di là dai gioghi del monte Tauro, acciocchè il soperchiassero i due Petilj, e voi cercaste di trionfare di Publio Scipione? Non fia dunque giammai, che per nessun merito proprio, per nessun onore da voi conseguito gli uomini insigni pervengano a ricovrarsi in sicura e quasi sagrosanta rocca, ove se non veneranda, almeno inviolata si riposi la lor vecchiezza?* E il decreto e le aggiunte parole commossero non solamente gli altri,

ma eziandio gli stessi accusatori; e dissero, che avrebbono deliberato quel che fosse di lor diritto e dovere. Indi, licenziata l'assemblea del popolo, si cominciò a tener il senato. Quivi infinite grazie rendute furono da tutto l'ordine e specialmente dai consolari e dai seniori a Tito Gracco, perchè avesse fatto più conto della repubblica, che della sua privata nimicizia; e i Petilj furono malmenati con vituperj, perchè aveano voluto illustrarsi coll' altrui carico e cercato di trarre spoglie dal trionfo dell' Africano. Indi non si fe' più parola dell' Africano; passò egli sua vita a Literno senza che Roma il bramasse. Dicesi, che venuto a morte nella sua villa, ordinò di esser quivi seppellito e che quivi pure si gli ergesse la tomba, acciocchè non gli fosse fatto nell' ingrata patria il funerale. Uomo degno di eterna ricordanza, più però nella prima parte della sua vita che nella seconda, e più per le arti della guerra che per quelle della pace; perchè ebbe nella gioventù a guerreggiar di continuo; con la vecchiezza anche i suoi fatti sfiorirono; nè fu porta materia all' altezza della sua mente. Che ebbe a fare il primo col secondo consolato, anche se tu ci aggiunga la censura? Che trasse da quella sua legazione Asiatica e inutile per la di lui

ceteros modo, sed ipsos etiam accusatores: et, deliberaturos se, quid sui juris et officii esset, dixerunt. Senatus deinde, concilio plebis dimisso, haberi est coeptus. ibi gratiae ingentes ab universo ordine, praecipue a consularibus senioribusque, Ti. Graccho actae sunt, quod rempublicam privatis simultatibus potiorem habuisset: et Petillii vexati sunt probris, quod splendere aliena invidia voluissent, et spolia ex Africani triumpho peterent. Silentium deinde de Africano fuit. vitam Literni egit sine desiderio urbis. Morientem rure eo ipso loco sepeliri se jussisse ferunt, monumentumque ibi aedificari, ne funus sibi in ingrata patria fieret. Vir memorabilis: bellicis tamen, quam pacis, artibus memorabilior prima pars vitae, quam postrema, fuit: quia in juventa bella assidue gesta; cum senecta res quoque defloruere, nec praebita est materia ingenio. Quid ad primum consulatum secundus, etiamsi censuram adjicias? quid Asiatica legatio, et valetudine adversa inutilis, et filii casu

deformata, et post reditum necessitate aut subeundi judicii, aut simul cum patria deserendi? Punici tamen belli perpetrati, quo nullum neque majus neque periculosius Romani gessere, unus praecipuam gloriam tulit.

LIV. Morte Africani crevere inimicorum animi. quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui vivo quoque eo adlatrare ejus magnitudinem solitus erat. hoc auctore existimantur Petillii et, vivo Africano, rem ingressi, et, mortuo, rogationem promulgasse. Fuit autem rogatio talis: *Velitis, jubeatis, quaeratur, quae pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho est, quique sub ejus imperio fuerunt; quod ejus in publicum relatum non est, uti de ea re Ser. Sulpicius praetor urbanus ad senatum referat? quem eam rem velit senatus quaerere de iis, qui praetores nunc sunt?* Huic rogationi primo Q. et L. Mummii intercedebant: senatum quaerere de pecunia non relata in publicum, ita ut antea semper factum esset,

mala salute e sconciata dalla sventura del figliuolo, e dopo il ritorno, dalla necessità o d'incontrare il giudizio, o di abbandonare la patria? Egli solo però ebbe la massima gloria di aver messo fine alla guerra Cartaginese, della quale altra mai non fecero nè maggiore, nè più pericolosa i Romani.

LIV. Per la morte dell'Africano crebbe maggiormente l'ardimento de' suoi nemici; de' quali fu il principale Marco Porcio Catone, il quale anche in vita di lui soleva latrando insultare alla sua grandezza. Si crede, che ad istigazion di Catone avessero i Petilj, e vivo l'Africano, reso quell'assunto, e come fu morto, proposta una legge, che fu del seguente tenore: *Vi piace, o Quiriti, che si ricerchi, se sia stato preso danaro, o via portato, o estorto dal re Antioco e da' suoi dipendenti, il quale non sia stato messo nel pubblico erario, e che il pretore urbano Sergio Sulpicio ne faccia riferta al senato? e che il senato dichiari quale dei pretori voglia, che proceda sul proposito?* Dapprima si opposero a codesta proposta i due Mummj Quinto e Lucio; stimavano però giusto, che il senato cercasse del danaro non riportato nell' erario nel modo, come fu sempre

praticato. I Petilj accusavano la nobiltà e la dominazione degli Scipioni nel senato. Il consolare Lucio Furio Purpureone, ch' era stato uno de' dieci legati in Asia, stimava, che la proposta dovesse essere più larga, abbracciando non il solo danaro preso da Antioco, ma quello eziandio tolto agli altri popoli e re, mirando a colpire il suo nemico Gneo Manlio. E Lucio Scipione, che si vedeva chiaramente muoversi a parlare più per se, che contro la legge, si fece innanzi a dissuaderla. Si dolse egli, che insorgesse codesta proposizione dopo la morte del fratello Publio Africano, uomo sopra ogni altro chiarissimo e valentissimo; *essere stato poco, che non sia stato lodato dopo la morte Publio Africano da' Rostri, se pur anche nol si accusava. Gli stessi Cartaginesi s' erano appagati dell' esiglio di Annibale; il popolo Romano non è sazio della morte di Publio Africano, se non è pur anche lacerata la fama del sepolto, se non è per giunta di odio, sagrificato anche il fratello.* Marco Catone parlò a favore della legge (abbiamo il discorso, che tenne sul danaro del re Antioco); e coll' autorità sua distolse i Mummj tribuni dall' ostare alla proposta. Quindi abbandonando essi l' op-

aequum censebant. Petillii nobilitatem et regnum in senatu Scipionum accusabant. L. Furius Purpureo consularis, qui in decem legatis in Asia fuerat, latius rogandum censebat: non quae ab Antiocho modo pecuniae captae forent, sed quae ab aliis regibus gentibusque, Cn. Manlium inimicum incessens. Et L. Scipio, quem magis pro se, quam adversus legem, dicturum adparebat, dissuasor processit. is post mortem P. Africani fratris, viri omnium fortissimi clarissimique, eam exortam rogationem est conquestus. *Parum enim fuisse, non laudari pro Rostris P. Africanum post mortem, nisi etiam accusaretur. Et Karthaginienses exsilio Hannibalis contentos esse: populum Romanum ne morte quidem P. Scipionis exsatiari, nisi et ipsius fama sepulti laceretur, et frater insuper, accessio invidiae, mactetur.* M. Cato suasit rogationem, (exstat oratio ejus de pecunia regis Antiochi) et Mummios tribunos auctoritate deterruit, ne adversarentur rogationi. Remittentibus er-

go his intercessionem, omnes tribus, uti rogassent, jusserunt.

LV. Ser. Sulpicio deinde referente, quem rogatione Petillia quaerere vellent, Q. Terentium Culleonem Patres jusserunt. Ad hunc praetorem, adeo amicum Corneliae familiae, ut, qui Romae mortuum elatumque P. Scipionem (est enim ea quoque fama) tradunt, pileatum, sicut in triumpho ierat, in funere quoque ante lectum isse, memoriae prodiderint, et ad portam Capenam mulsum prosecutis funus dedisse, quod ab eo inter alios captivos in Africa ex hostibus receptus esset: aut adeo inimicum eumdem, ut propter insignem simultatem ab ea factione, quae adversa Scipionibus erat, delectus sit potissimum ad quaestionem exercendam; ceterum ad hunc nimis aequum aut iniquum praetorem reus extemplo factus L. Scipio; simul et delata et recepta nomina legatorum ejus, A. et L. Hostiliorum Catonum, et C. Furii Aculeonis quaestoris: et, ut omnia contacta societate peculatus viderentur, scribae

posizione, tutte le tribù approvarono la legge.

LV. Indi a proposta di Sergio Sulpicio, a quale dei pretori volessero commettere l' inquisizione secondo la legge Petilia, i Padri deputarono Quinto Terenzio Culleone. Dinanzi a questo pretore, amico tanto della famiglia Cornelia, che coloro, i quali scrivono Publio Scipione esser morto in Roma e quivi seppellito (perciocchè anche questo si racconta), narrano, ch' egli andò, come innanzi nel trionfo, anche davanti al cattaletto, col berretto in capo, e che alla porta Capena distribuì vino con mele a quelli, che aveano accompagnato il mortorio, perchè Scipione l' avea tra gli altri prigioni riscattato in Africa dalle mani de' nemici; o al contrario, nemico tanto a quella famiglia, che sia stato scelto sopra ogni altro a far codesta inquisizione dalla fazione avversa agli Scipioni; comunque sia, dinanzi a questo o troppo avverso o troppo parziale pretore fu subito denunziato Lucio Scipione; e similmente furono denunziati e compresi nell' accusa i nomi de' suoi legati Aulo e Lucio Ostilio Catoni e Cajo Furio Aculeone questore; e perchè tutti paressero intinti della stessa pece, anche i

due scrivani ed il ministro. Lucio Ostilio, gli scrivani e il ministro, innanzi che seguisse il giudizio di Scipione, furono assolti; Scipione, il legato Aulo Ostilio e Cajo Furio condannati; *Scipione, perchè si dessero ad Antioco patti più vantaggiosi, aver avuto sei mila libbre di oro, quattrocento e ottanta di argento più di quello, che avea portato nell' erario; Aulo Ostilio ottanta libbre d' oro, quattrocento e tre d' argento; il questore Furio cento e trenta libbre di oro e duecento di argento.* Queste sono le somme d' oro e d' argento, che trovo registrate presso Anziate. Quanto a Lucio Scipione credo esservi piuttosto errore del copista, che menzogna dello scrittore rispetto alla somma dell' oro e dell' argento essendo più verisimile, che maggiore fosse quella dell' argento, che dell' oro; e che l' ammenda sia stata piuttosto giudicata in quaranta, che in duecento quaranta mila sesterzj; e tanto più probabilmente, che di quella somma fu riconvenuto, dicesi, Publio Scipione in senato; e che avendo egli fatto recare il libro de' suoi conti dal fratello Lucio, colle proprie mani lacerollo in presenza del senato, sdegnandosi, che se gli chiedesse conto di quattro milioni; a

quoque duo et accensus. L. Hostilius, et scribae, et accensus, priusquam de Scipione judicium fieret, absoluti sunt: Scipio, et A. Hostilius legatus, et C. Furius damnati: *Quo commodior pax Antiocho daretur, Scipionem sex millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti plus accepisse, quam in aerarium retulerit: A. Hostilium octoginta pondo auri, argenti quadringenta tria: Furium quaestorem auri pondo centum triginta, argenti ducenta.* Has ego summas auri et argenti relatas apud Antiatem inveni. in L. Scipione malim equidem librarii mendum, quam mendacium scriptoris, esse in summa auri atque argenti. Similius enim veri est, argenti, quam auri, majus pondus fuisse; et potius quadragies, quam ducenties quadragies, litem aestimatam: eo magis, quod, tantae summae rationem etiam ab ipso P. Scipione requisitam esse in senatu, tradunt: librumque rationis ejus, quum Lucium fratrem adferre jussisset, inspectante senatu suis ipsum manibus concerpsisse: indignantem, quod, quum bis millies in aerarium

intulisset, quadragies ratio ab se posceretur. ab eadem fiducia animi, quum quaestores pecuniam ex aerario contra legem promere non auderent, poposcisse claves, et se aperturum aerarium dixisse, qui, ut clauderetur, effecisset.

LVI. Multa alia, in Scipionis exitu maxime vitae, dieque dicta, morte, funere, sepulcro, in diversum trahunt: ut, cui famae, quibus scriptis adsentiar, non habeam. Non de accusatore convenit: alii M. Naevium, alii Petillios diem dixisse scribunt: non de tempore, quo dicta dies sit: non de anno, quo mortuus sit: non ubi mortuus, aut elatus sit. Alii Romae, alii Literni et mortuum, et sepultum: utrobique monumenta ostenduntur et statuae. Nam et Literni monumentum, monumentoque statua superinposita fuit, quam tempestate disjectam nuper vidimus ipsi. Et Romae extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuae sunt: quarum duae P. et L. Scipionum dicuntur esse, tertia poëtae Q. Ennii. Nec inter scriptores rerum

lui, che ne avea portato nell'erario duecento. Colla stessa fermezza d'animo, mentre i questori non osavano trar fuori il danaro dall'erario contro la legge, ne avea chiesto le chiavi, dicendo, che lo aprirebbe egli, poi che avea fatto sì, che fosse chiuso.

LVI. Molte altre cose trovo dette in modo diverso massimamente intorno agli ultimi di della vita di Scipione, intorno all'accusa, alla morte, a'funerali, al sepolcro, in guisa che non so a qual voce, a quali scritti assentire. Non si va d'accordo rispetto all'accusatore; altri scrivono averlo accusato Marco Nevio; altri i Petilj; non rispetto al tempo, in cui sia stato accusato; non all'anno, in cui sia morto, nè dove sia morto o sepolto. Altri lo fanno morto e sepolto a Roma, altri a Literno; nell'uno e nell'altro luogo si mostra il suo monumento, la sua statua. Perciocchè gli fu eretto a Literno un monumento e posta sopra il monumento una statua, che noi stessi poco fa vedemmo atterrata da una burrasca. E a Roma, fuori della porta Capena, sono tre statue sul monumento degli Scipioni, due delle quali diconsi essere di Publio e Lucio Scipione, la terza del poeta Quinto Ennio. Nè v'ha diversità tra gli

scrittori soltanto; ma le orazioni eziandio, che si spaccian essere, se pur sono, di Publio Scipione e di Tito Gracco, non si accordano punto. Il titolo dell'orazione di Publio Scipione porta il nome di Marco Nevio, tribuno della plebe; l'orazione stessa non reca il nome dell'accusatore; ora lo chiama tristo, ora cianciatore. Nè anche l'orazione di Gracco fa menzione de' Petilj, accusatori dell' Africano, nè dell'accusa data al medesimo. Bisogna innestare un tutt' altro racconto, che si accordi coll'orazione di Gracco, e seguire quegli scrittori, i quali narrano, che quando Lucio Scipione fu accusato e condannato di aver presi danari dal re Antioco, allora l'Africano era legato in Toscana; donde, poi che riseppe il caso del fratello, lasciata la legazione, era corso a Roma; ed essendosi dalla porta recato dirittamente al foro, perchè gli era detto trascinarsi in prigione suo fratello, averlo strappato di mano al ministro, e più con tratto di fratello amoroso, che di buon cittadino, aver usata violenza a' tribuni, che il ritenevano. Ond'è, che lo stesso Gracco si lagna, che la tribunizia podestà sia stata annientata da uomo privato; e verso il fine, là dove promette il suo ajuto a Lu-

discrepat solum, sed orationes quoque, si modo ipsorum sunt, quae feruntur, P. Scipionis et Ti. Gracchi abhorrent inter se. Index orationis P. Scipionis nomen M. Naevii tribuni plebis habet : ipsa oratio sine nomine est accusatoris. nebulonem modo, modo nugatorem adpellat. Ne Gracchi quidem oratio aut Petilliorum, accusatorum Africani, aut diei dictae Africano ullam mentionem habet. Alia tota serenda fabula est Gracchi orationi conveniens : et illi auctores sequendi sunt, qui, quum L. Scipio et accusatus, et damnatus sit pecuniae captae ab rege, legatum in Etruria fuisse Africanum tradunt. quo post famam de fratris casu adlatam, relicta legatione, cucurrisse eum Romam; et, quum a porta recta ad forum se contulisset, quod in vincula duci fratrem dictum erat, repulisse a corpore ejus viatorem: et tribunis retinentibus, magis pie, quam civiliter, vim fecisse. Hinc enim ipse Gracchus queritur, dissolutam esse à privato tribuniciam potestatem: et ad postremum, quum auxilium L. Scipioni pol-

liceiur, adjicit, tolerabilioris exempli esse, a tribuno plebis potius, quam a privato, victam videri et tribuniciam potestatem, et rempublicam esse. Sed ita hanc unam inpotentem ejus injuriam invidia onerat, ut, increpando quod degenerarit tantum a se ipse, cumulatas ei veteres laudes moderationis et temperantiae pro reprehensione praesenti reddat. Castigatum enim quondam ab eo populum, ait, quod eum perpetuum consulem et dictatorem vellet facere. prohibuisse statuas sibi in comitio, in Rostris, in curia, in Capitolio, in cella Jovis poni. prohibuisse, ne decerneretur, ut imago sua triumphali ornatu e templo Jovis optimi maximi exiret.

LVII. Haec, vel in laudatione posita, ingentem magnitudinem animi moderandis ad civilem habitum honoribus significarent, quae exprobrando inimicus fatetur. Huic Graccho minorem ex duabus filiis (nam major P. Cornelio Nasicae haud dubie a patre conlocata erat) nuptam fuisse convenit. Illud parum constat, utrum post mor-

cio Scipione, aggiunge, essere di esempio più tollerabile, che la podestà tribunizia e la repubblica si vegga vinta da un tribuno della plebe, che da un privato. Gli dà però carico di codesta sua unica prepotente superchieria in guisa, che rimproverandolo di aver tanto degenerato da se medesimo, contrappone a così fatta riprensione le di lui cumulate antiche lodi di moderazione e temperanza. Perciocchè dice aver Scipione una volta sgridato il popolo, perchè lo avesse voluto far console e dittatore perpetuo; non aver tollerato, che se gli inalzassero statue nel comizio, ne' Rostri, nella curia, sul Campidoglio, nella cella di Giove; e aver impedito, che si decretasse, che la sua imagine uscisse dal tempio di Giove ottimo massimo in abito trionfale.

LVII. Codesti tratti, che l' avversario nell' atto stesso di rimproverare confessa, basterebbero, anche posti in un elogio, a significare una somma grandezza d' animo nel temperare gli onori a forma di civile eguaglianza. A questo Gracco tutti convengono, che la minore delle due figlie di Scipione (chè la maggiore fu senza dubbio allogata dal padre a Publio Cornelio Nasica) fu sposata; questo non

si sa bene, se sia stata sposata e maritata dopo la morte del padre, o se sia vero quello, che altri riferisce, che Gracco, quando si traeva in prigione Lucio Scipione e nessuno de' colleghi lo ajutava, giurasse, *Che durava, come innanzi, la sua nimicizia cogli Scipioni e ch' egli non faceva checchessia per acquistarsi la loro benevolenza, ma che non soffrirebbe, che in quella prigione, dove avea veduto trarsi da Publio Africano i re e capitani nemici, in quella fosse tratto il di lui fratello;* e che il senato, cenando a caso in quel giorno sul Campidoglio, s' era levato in piedi ed avea chiesto, che l' Africano tra il banchettare promettesse la figlia a Gracco; che fatti secondo il rito gli sponsali in quella pubblica solennità, Scipione, tornato a casa, avea detto a sua moglie Emilia, che avea sposata la figlia minore; ch' ella, accesa di sdegno feminile per non essere stata consultata, trattandosi della comune figliuola, aggiungesse, che non si avrebbe dovuto celar la cosa alla madre, anche se la desse in isposa a Tito Gracco; allora lieto Scipione di sì conforme giudizio, averle risposto, che appunto l' avea sposata a Gracco stesso. Non erano da ommettersi codeste cose di personaggio sì

tem patris et desponsa sit, et nupserit: an verae illae opiniones sint, Gracchum, quum L. Scipio in vincula duceretur, nec quisquam collegarum auxilio esset, jurasse, *Sibi inimicitias cum Scipionibus, quae fuissent, manere; nec se gratiae quaerendae caussa quidquam facere. sed, in quem carcerem reges et imperatores hostium ducentem vidisset P. Africanum, in eum se fratrem ejus duci non passurum.* Senatum, eo die forte coenantem in Capitolio, consurrexisse, et petisse, ut inter epulas Graccho filiam Africanus desponderet. quibus ita inter publicum sollemne sponsalibus rite factis, quum se domum recepisset, Scipionem Aemiliae uxori dixisse, filiam se minorem despondisse. quum illa, muliebriter indignabunda, nihil de communi filia secum consultatum, adjecisset, non, si Ti. Graccho daret, expertem consilii debuisse matrem esse; laetum Scipionem tam concordi judicio, ipsi desponsam respondisse. haec de tanto viro, quamquam et opinionibus, et

monumentis literarum variarent, proponenda erant.

LVIII. Judiciis a Q. Terentio praetore perfectis, Hostilius et Furius damnati, praedes eodem die quaestoribus urbanis dederunt. Scipio, quum contenderet, omnem, quam accepisset, pecuniam in aerario esse, nec se quidquam publici habere, in vincula duci est coeptus. P. Scipio Nasica tribunos adpellavit; orationemque habuit plenam veris decoribus, non communiter modo Corneliae gentis, sed proprie familiae suae. *Parentes suos et P. Africani ac L. Scipionis, qui in carcerem duceretur, fuisse Cn. et P. Scipiones, clarissimos viros. Eos, quum per aliquot annos in terra Hispania, adversus multos Poenorum Hispanorumque et duces et exercitus, nominis Romani famam auxissent, non bello solum, sed quod Romanae temperantiae fideique specimen illis gentibus dedissent, ad extremum ambo pro republica morte obcubuisse. quum illorum tueri gloriam posteris satis esset, P. Africanum tantum paternas superavisse laudes, ut fidem fecerit, non*

grande, benchè variassero per la diversità delle opinioni e degli scritti.

LVIII. Terminati dal pretore Quinto Terenzio i giudizj, Ostilio e Furio condannati diedero il giorno stesso mallevadori a' questori urbani. Scipione, sostenendo, tutto il danaro, che avea ricevuto, essere nell'erario, nè ritener egli checchè si fosse di pubblica ragione, venìa di già tratto in carcere. Publio Scipione Nasica si appellò a' tribuni; e fece un'orazione piena dei giusti elogj non solamente di tutto il casato de' Cornelj, ma della propria sua famiglia: *Genitori di lui e di Publio Africano e di Lucio Scipione, che si traeva in carcere, erano stati Gneo e Publio Scipioni, uomini preclarissimi. Essi, poi ch' ebbero nella Spagna per alquanti anni ampliata la fama del nome Romano combattendo contro molti capitani ed eserciti Cartaginesi e Spagnuoli, nè solamente con la guerra, ma col dare a quelle nazioni un' idea della moderazione e fede Romana, in fine ambedue perdettero la vita per la repubblica. Quando avrebbe bastato a' loro posteri conservar la gloria di quelli, Publio Africano superò di tanto le paterne lodi, che fece credere non di umano sangue, ma di divina stirpe esser*

*nato; e Lucio Scipione, del quale si tratta (ommettendo ciò, che avea fatto, essendo legato del fratello in Ispagna e in Africa), eletto console, parve degno al senato, che se gli decretasse straordinariamente la provincia dell' Asia e la guerra con Antioco; degno al fratello, che questi, dopo due consolati e la censura e il trionfo, andasse suo legato in Asia. Quivi, acciocchè la grandezza e lo splendor del legato non offuscasse le lodi del console, era per avventura accaduto, che il giorno, in cui Lucio Scipione vinse Antioco in battaglia campale presso Magnesia, Publio Scipione fosse lontano alquante giornate, ammalato in Elea. Non era stato quell'esercito minore di quello di Annibale, col quale si è combattuto in Africa; tra i molti capitani del re s'era trovato lo stesso Annibale, che avea comandato le genti Cartaginesi. E fu quella guerra governata sì fattamente, che nessuno ebbe occasione di accusare nè anche la fortuna. Si andò rintracciando le accuse in tempo di pace; si disse, che questa fu venduta. Qui si accomunava la colpa anche ai dieci legati, col consiglio de' quali era stata data la pace; anzi alcuni di quegli stessi dieci legati si fecero ac-*

*sanguine humano, sed stirpe divina satum se esse. L. Scipionem, de quo agatur, (ut, quae in Hispania, quae in Africa, quum legatus fratris esset, gessisset, praetereantur) consulem et ab senatu dignum visum, cui extra sortem Asia provincia et bellum cum Antiocho rege decerneretur; et a fratre, cui post duos consulatus censuramque et triumphum legatus in Asiam iret. Ibi, ne magnitudo et splendor legati laudibus consulis obficeret, forte ita incidisse, ut, quo die ad Magnesiam signis conlatis L. Scipio Antiochum devicisset, aeger P. Scipio Elaeae dierum aliquot via abesset. Non fuisse minorem eum exercitum, quam Hannibalis, cum quo in Africa esset pugnatum. Hannibalem eumdem fuisse inter multos alios regios duces, qui imperator Punici belli fuerit. Et bellum quidem ita gestum esse, ut ne fortunam quidem quisquam criminari possit. In pace crimen quaeri. eam dici venisse. Hic decem legatos simul argui, quorum ex consilio data pax esset. quin exstitisse ex decem legatis, qui Cn. Manlium*

*accusarent: tamen non modo ad criminis fidem, sed ne ad moram quidem triumphi eam accusationem valuisse.*

LIX. *At, Hercule, in Scipione ipsas leges pacis, ut nimium adcommodatas Antiocho, suspectas esse. integrum enim ei regnum relictum: omnia possidere eum victum, quae ante bellum ejus fuerint: auri et argenti quum vim magnam habuisset, nihil in publicum relatum, omne in privatum versum. An non praeter omnium oculos tantum auri argentique in triumpho L. Scipionis, quantum non decem aliis triumphis, si omne in unum conferatur, sit latum? Nam quid de finibus regni dicam? Asiam omnem et proxima Europae tenuisse Antiochum? Ea quanta regio orbis terrarum sit, a Tauro monte in Aegaeum usque prominens mare, quot non urbes modo, sed gentes amplectatur, omnes scire. Hanc regionem, dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem, usque ad Tauri montis juga Antiocho ademtam, expulso in ultimum angulum orbis terrarum.*

*accusatori di Gneo Manlio; il che però non solamente non valse ad accreditare l'accusa, ma nè anche a ritardare il trionfo.*

LIX. *Ma veramente quanto a Scipione, le stesse condizioni della pace sono sospette, come troppo vantaggiose ad Antioco; gli si lasciò tutto intero il suo regno; ed egli vinto possede tutto quello, che avanti la guerra era suo; e benchè avesse quantità grande d'oro e d'argento, non se n'era versato niente nel pubblico tesoro, ma sì tutto rivolto al privato. Ma nel trionfo di Lucio Scipione forse che non fu portata davanti agli occhi di tutti tanta quantità d'oro e d'argento, quanta non mai, se tutta insieme si metta, in altri dieci trionfi? Che dirò de' confini del regno? non teneva Antioco tutta l'Asia e le contrade vicine all'Europa? Tutti sanno, che immenso tratto di paese sia quello, che dal monte Tauro si stende sino al mare Egeo, quante città non solamente, ma quante nazioni abbraccia. Tutta questa regione, lunga più di trenta giornate, larga più di dieci tra i due mari sino alla cima del monte Tauro, fu tolta ad Antioco e lo si confinò in un angolo estremo della terra.*

*Che si avrebbe potuto torgli di più, se la pace non fosse stata comperata? Fu lasciata a Filippo vinto la Macedonia, a Nabide Lacedemone, nè se ne diede carico a Quinzio; ch' egli non aveva a fratello l' Africano, la cui gloria dovuto avrebbe giovare a Lucio Scipione, e l' invidia invece, che quello persegue, nocque a questo. Fu giudicato tanta somma di danaro esser entrata nella casa di Lucio Scipione, quanta non si potrebbe trarne venduti tutti i beni, ch' egli possede. Dov' è ito dunque codest' oro del re? Dove tante eredità conseguite? Avrebbe pur dovuto questa nuova fortuna trovarsi in una casa, cui le spese non hanno esaurita. Ma quello, che non puossi trarre dai beni, trarranlo i nemici tra le vessazioni e le contumelie dalla persona stessa di Lucio Scipione; sì che uomo sì chiaro sia chiuso in carcere coi ladri notturni e cogli assassini, e lasci la vita nelle tenebre e nei ferri; e sia poscia il suo cadavere gettato ignudo davanti alle porte della prigione; il che non fia certo di scorno maggiore alla famiglia dei Cornelj, che alla città stessa di Roma.*

LX. In risposta all'orazione di Nasica il pretore Terenzio recitò la legge Petilia,

*Quid, si gratuita pax esset, plus adimi ei potuisse? Philippo victo Macedoniam, Nabidi Lacedaemonem relictam. nec Quinctio crimen quaesitum: non enim habuisse eum Africanum fratrem; cujus quum gloria prodesse L. Scipioni debuisset, invidiam nocuisse. Tantum auri argentique judicatum esse in domum L. Scipionis inlatum, quantum, venditis omnibus bonis, redigi non posset. Id ubi ergo esse regium aurum? ubi tot haereditates acceptas? In domo, quam sumtus non exhauserint, exstare debuisse novae fortunae cumulum. At enim, quod ex bonis redigi non possit, ex corpore et tergo per vexationem et contumelias L. Scipionis petituros inimicos: ut in carcerem inter fures nocturnos et latrones vir clarissimus includatur, et in robore et tenebris exspiret: deinde nudus ante carcerem projiciatur. Non id Corneliae magis familiae, quam urbi Romanae, fore erubescendum.*

LX. Adversus ea Terentius praetor rogationem Petilliam, et senatusconsultum,

et judicium de L. Scipione factum recitavit: se, ni referatur pecunia in publicum, quae judicata sit, nihil habere, quod faciat, nisi ut prehendi damnatum, et in vincula duci jubeat. Tribuni quum in consilium secessissent, paullo post C. Fannius ex sua collegarumque aliorum, praeter Gracchum, sententia pronunciavit, *praetori non intercedere tribunos, quo minus sua potestate utatur.* Ti. Gracchus ita decrevit: *Quo minus ex bonis L. Scipionis, quod judicatum sit, redigatur, se non intercedere praetori. L. Scipionem (qui regem opulentissimum orbis terrarum devicerit, imperium populi Romani propagaverit in ultimos terrarum fines, regem Eumenem, Rhodios, alias tot urbes Asiae devinxerit populi Romani beneficiis, plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere incluserit) non passurum inter hostes populi Romani L. Scipionem in carcere et in vinculis esse, mittique eum se jubere.* Tanto adsensu auditum est decretum, adeo dimissum L. Scipionem laeti

il decreto del senato e il giudizio pronunziato contro Lucio Scipione; non altro potersi fare da lui, se non è rimesso nell'erario il danaro, che fu giudicato, se non se ordinare, che il condannato sia preso e tradotto in prigione. Essendosi i tribuni ritirati per consultare, poco di poi Cajo Fannio per suo e per parere de' colleghi, eccetto Gracco, così decretò: *non impedire i tribuni al pretore, di far uso del suo potere.* Il decreto di Tito Gracco fu del seguente tenore: *Ch' egli non si oppone al pretore, perchè de' beni di Lucio Scipione sia tratta la somma giudicata; ma quanto a Lucio Scipione, il quale avea vinto il più potente monarca del mondo, dilatati i confini dell' impero Romano sino ai limiti estremi della terra, obbligati coi benefizj del popolo Romano il re Eumene, i Rodiani e tante altre città dell' Asia, condotti in trionfo e imprigionati moltissimi capitani de' nemici, non avrebbe sofferto, ch' egli fosse messo in ferri ed in carcere insieme coi nemici del popolo Romano; anzi ordinava, che fosse rilasciato.* Questo decreto fu udito con sì generale approvazione e con tanta letizia fu visto Scipione messo in libertà, che appena si sareb-

be creduto nato quel giudizio in una medesima città. Indi il pretore mandò i questori a prendere pubblicamente possesso de' beni di Lucio Scipione; nè solamente non apparve tra quelli orma di regio danaro, ma non si potè nè anche trarne tutta la somma, in che era stato condannato. Il denaro recato a Lucio Scipione dai congiunti, dagli amici e clienti fu tale, che se lo avesse ricevuto, sarebbe stato alquanto più ricco, che non fu innanzi la sventura. Ma egli non ne prese niente; le cose, che gli eran necessarie a vivere decentemente, gli furono ricomperate da' suoi più prossimi congiunti. E l'odio suscitato contro gli Scipioni s'era tutto volto contro il pretore, il di lui consiglio e gli accusatori.

FINE DEL LIBRO
TRENTESIMO OTTAVO.

homines viderunt, ut vix in eadem civitate videretur factum judicium. In bona deinde L. Scipionis possessum publice quaestores praetor misit. neque in iis non modo vestigium ullum comparuit pecuniae regiae, sed nequaquam tantum redactum est, quantae summae damnatus fuerat. Conlata pecunia a cognatis amicisque et clientibus est L. Scipioni; ut, si acciperet eam, locupletior aliquanto esset, quam ante calamitatem fuerat. Nihil accepit. quae necessaria ad cultum erant, redemta ei a proximis cognatis sunt. Verteratque Scipionum invidia in praetorem, et consilium ejus, et accusatores.

FINIS LIBRI
TRIGESIMI OCTAVI.

# NOTE

## AL LIBRO TRENTESIMO OTTAVO

Capo I. Pag. 12. lin. 8. *Eraclea*) Eraclea d' Acarnania, secondo il Sigonio.

Pag. 12. lin. 26 *Tejo*) Al nord dell' Atamania.

Capo II. Pag. 15. lin. 11. *Ateneo*) Ai confini della Perrebia.

Pag. 15. lin. 22. *Giove Acreo*) Così detto in quanto presiedeva alle rocche, o perchè lo si adorava su le vette dei monti; si dava lo stesso soprannome talvolta anche a Giunone ed alla Fortuna.

Pag. 19. lin. 4. *fatta una tregua*) Con chi? se tutti i Macedoni erano stati o uccisi, o presi, o fuggiti in Macedonia.

Capo III. Pag. 19. lin. 17. *Amfilochia*) Contrada all' est dell' Epiro, tra i Molossi e l' Acarnania.

Pag. 19. lin. 19. *Aperanzia*) Contrada tra i Molossi e l' Atamania.

Pag. 20. lin. 20. *Ambracia*) Città, dove ora si vede *Arta*, nell' Albania superiore, all' imboccatura dell' Aracto.

Capo IV. Pag. 23. lin. 10. *Aretonte*) Da altri detto *Aracto*; nasceva, secondo Strabone, da una

vetta del monte Pindo, a cui erano vicini gli Atamani; e per ciò si propone di leggere *ex Athamania fluens*, invece che *ex Acarnania*.

Pag. 23. lin. 12. *detto Ambracio*) Oggi il golfo di Larta.

Pag. 23. lin. 26. *Strato*) nell' Acarnania, sulle rive dell' Acheloo.

Capo V. Pag. 24. lin. 22. *così detto Pirreo*) È così detto o dal re Pirro, che vi avea fermata sua residenza, o da Pirro, figlio di Achille, che vi era stato sepolto.

Capo VI. Pag. 28. lin. 17. *magliuoli accesi*) Ce n'erano di due sorti; altri erano corde di sparto, o di giunco, intrise di pece, che si lanciavano ardenti sì dagli assedianti, che dagli assediati; altri e di più terribile efficacia son ricordati da Ammiano Marcellino.

Capo VII. Pag. 32. lin. 8. *a Patri*) Città dell' Acaja sul golfo di Corinto.

Pag. 35. lin. 20. *sacchi di terra*) Veramente sacchi formati di pelo di capra.

Capo IX. Pag. 40. lin. 19. *Tirio*) Fu pure nominato nel lib. XXXVI al capo II.

Capo XI. pag. 51. lin. 2. *dieci d' argento*) Innanzi, la differenza dell' oro all' argento era di uno a quindici; l' oro in appresso, moltiplicandosi, avea perduto un terzo del suo valore.

Capo XII. Pag. 52. lin. 29. *Sacro-Villaggio*) Che così letteralmente significa quel *Hieran Comen*; luogo nella Caria.

Capo XIII. Pag. 55. lin. 6. *Alabandi*) Alabanda, oggi Eblebanda presso Magnesia, sulle rive del Meandro.

Pag. 55. lin. 18. *Antiochia sul fiume Meandro*) Oggi Tachiali.

Pag. 56. lin. 16. *Gordiutico*) In greco, *muro di Gordio.* Gordio, figlio di Mida, n'era stato il fondatore; era situato presso il fiume Sangario. Fu quivi, dove Alessandro tagliò quel nodo famoso.

Pag. 56. lin. 18. *Taba*) Città fondata da Marzia, così detta, secondo la traduzione inglese, dal terreno sassoso, dov' era posta.

Pag. 59. lin. 1. *medimni di grano*) Altri fanno, che il medimno greco contenesse sei *boisseaux*, altri quattro poco più, ossia un piede e novecento trentaquattro pollici cubi.

Capo XIV. Pag. 59. lin. 10. *Cibira*) Oggi Barzez, presso le sorgenti del Zanto.

Pag. 59. lin. 22. *corona d' oro*) Certo di enorme peso. *Corona* però significava anche un dono, una gratificazione onorevole; ed anche i Greci dicevano *coronare* nel senso di regalare, gratificare.

Capo XV. Pag. 63. lin. 8. *Sindesj*) Sinda, città della Pisidia, vicina a Cibira.

Pag. 63. lin. 18. *Termesesi*) Era Termesso una città della Pisidia, oggi un villaggio, detto *Termes*, al nord della Panfilia.

Pag. 64. lin. 28. *Obrima*) Fiume, che sbocca nel Meandro, poco sotto Apamea, Cibotos.

Pag. 67. lin. 6. *Sinada*) Non lungi dall' *Ipso*, luogo celebre per la battaglia avvenuta tra i successori di Alessandro.

Capo XVI. Pag. 71. lin. 21. *fiume Hali*) Fiume della Frigia, che divide l'Asia minore in parte orientale e parte occidentale.

Capo XVII. Pag. 75. lin. 21. *rabbia Gallica*) Quella stessa, che gl' Italiani poi, dopo l'invasione specialmente di Carlo Settimo, dissero *furia francese*.

Capo XVIII. Pag. 83. lin. 10. *Sangario*) Oggi Zangari.

Pag. 84. lin. 3. *Sinope*) Oggi Senab.

Capo XIX. Pag. 84. lin. 23. *il monte Olimpo*) Oggi detto dai Turchi *Anatolididag*.

Capo XXI. Pag. 95. lin. 5. *non si snudano mai*) I Greci all'opposto ed i Romani, usando spesso i bagni e frequentando gli esercizj della ginnastica, aveano la pelle alquanto men bianca.

Capo XXIV. Pag. 104. lin. 15. *Ancira*) Oggi Enguri.

Pag. 104. lin. 21. *moglie di Ortiagonte*) Plutarco ci tramandò lo stesso fatto nel suo trattato *delle virtù e delle belle imprese delle donne*; e la chiama *Chiomara*; e Polibio dice di averle parlato, e ne celebra lo spirito e l'indole generosa.

Capo XXVI. Pag. 115. lin. 21. *ajuti di Morzo*) Morzo, re della Paflagonia; la capitale del paese si chiamava *Gangra*; ebbe a successore Dejotaro, figlio di Castore.

Capo XXVIII. Pag. 120. lin. 7. *rielessero il senato*) I censori, ogni cinque anni, leggevano ad alta voce i nomi de' senatori. Tutti gli ommessi, *praeteriti*, s'intendevano esclusi, *senatu moti*, ed altri nominati erano in loro luogo. Ciò dovette generar di sovente odj implacabili ed atroci vendette. Così Cajo Atinio Labeone, tribuno della plebe, fece buttar giù dalla rocca Tarpea Quinto Metello, il quale, essendo censore, l'avea rimosso dal senato.

Pag. 120. lin. 15. *tempio di Marte*) Ch' era fuori della porta Capena.

Capo XXX. Pag. 128. lin. 24. *detta Lan*) Al sud di Sparta sul golfo Laconico.

Capo XXXIV. Pag. 143. lin. 16. *legislazione di Licurgo*) Fu restituita loro dai Romani; e gli Spartani la conservavano ancora ne' tempi di Nerone e di Domiziano.

Capo XXXVII. Pag. 152. lin. 23. *Perga*) Città della Pamfilia, celebre per un tempio di Diana; oggi Pirgi, sul fiume Castrio.

Capo XXXVIII. Pag. 156. lin. 20. *legno minore*) Il testo ha *monerem*, non *minorem*; era però questo una sorta di vascello lungo sì, ma di piccola grandezza, con un solo ordine di remi.

Capo XXXIX. Pag. 163. lin. 20. *Milasenj*) Oggi Messi, città marittima della Caria.

Pag. 163. lin. 21. *isola Drimusa*) nel golfo di Smirne.

Capo XL. Pag. 167. lin. 15. *Melana*) La Mela, che si getta nel golfo di Mela.

Capo XLI. Pag. 171. lin. 16. *tempio Bendidio*) Di Bendi, nella lingua de' Traci *Diana*.

Pag. 171. lin. 28. *fiume Ebro*) Oggi la Mariza; ha la sorgente presso il monte Emo, passa per la Tracia e sbocca nel mare Egeo.

Pag. 171. lin. ult. *Zerintio*) Nome di Apollo, dall' antro e dalla città di Zerinto.

Pag. 172. lin. 1. *Tempira*) Oggi Impara.

Pag. 172. lin. 6. *Trausi*) Gli stessi, che gli Agatirsi, secondo Stefano Bizantino.

Pag. 172. lin. 29. *Apollonia*) Non è da confondersi coll' Apollonia situata sulle sponde del mare Jonio; sembra, che fosse tra Abdera e Maronea.

Pag. 175. lin. 1. *Neapoli*) Oggi Cristopoli, tra le imboccature dei fiumi Nesto e Strimone.

Capo XLIII. Pag. 184. lin. 9. *appenderle alle porte della sua casa*) Tal era l' uso dei Romani; ed anche la casa mutando padrone, non era permesso al nuovo tor via codeste spoglie e monumenti gloriosi di valore, come abbiamo da Plinio lib. XXXV Allude Virgilio a quest' uso:

*Barbarico postes auro, spoliisque superbi;*
Aen. lib. II.

*Multaque praeterea sacris in postibus arma,*
*Captivi pendent currus, curvaeque secures,*
*Et cristae capitum, et portarum ingentia claustra;*
*Spiculaque, clypeique, ereptaque rostra carinis.*
Aen. lib. VII.

Capo XLIV. Pag. 183. lin. 7. *Lucio Emilio Paolo*) Diverso dal celebre Paolo Emilio, vincitore di Perseo.

Capo LI. Pag. 220. lin. 16. *da' miei diciassett' anni*) Scipione fu spedito in Ispagna nell' età di anni ventiquattro; ma non ne aveva più di diciassette, quando si trovò alla battaglia di Canne in qualità di tribuno militare. In appresso gli fu data l' edilità curule avanti l' età determinata dalla legge.

Capo LIII. Pag. 228. lin. 14. *Literno*) Plinio nel libro XIV. cap. IV. ricorda questa villa di Scipione. Meritano d' essere riportate le parole di Seneca in una sua lettera, che scrive da quel luogo medesimo: *magna me voluptas subit contemplantem mores Scipionis, ac nostros. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet, si semel capta est, abluebat corpus laboribus rusticis fessum; exercebat enim opere se, terramque, ut mos fuit priscis, ipse subigebat. Sed hoc ille tecto tam sordido stetit! hoc illum tam vile pavimentum sustinuit! at nunc quis est, qui sic lavari sustineat?*

Capo LIV. Pag. 231. lin. 13. *soleva latrando insultare*) Il Rollin traduce quel *latrare harceler*; Nardi: *soleva far romore, morsecchiando la sua grandezza*; la traduzione inglese mette *snarl*, che significa *imbarazzare*, *muover querela*. Ho creduto di poter osar più, e che non ispiacerebbe quel mio *latrando*.

Capo LV. Pag. 239. lin. 5. *lo aprirebbe egli*) Qui non s' intende, che dir si voglia Livio. Forse che Scipione avea portato tanto danaro nel pub-

blico tesoro, che non potendo questo più capirne, si sarebbe chiuso definitivamente? Forse, che avendo Scipione terminata quella gran guerra, che avea costato immense spese, non si sarebbe più aperto il pubblico erario? Roma dovette alla vittoria di Paolo Emilio sopra Perseo la soppressione di ogni imposta.

Capo LX. Pag. 256. lin. 16. *l' odio suscitato contro gli Scipioni*) Pensando all' accanita persecuzione dell' invidia contro nomi sì celebri ed immortali, mi sia lecito gridare con Cicerone pro Mil. c. 63: *miseros interdum cives, optime de republica meritos! in quibus homines non modo res praeclarissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias suspicantur!*





